

922.23

Am

ad usum fratrum arselini cruciense
Sacerdotum episcopi sup. gentia
Reg.

Sommervogel.

II 740 #3

OK.

AND #4

" #5

G. 4.

FASCICVLVS

E IAPPONICIS FLORIBVS,

SVO ADHVC MADENTIBVS SANGVINE,

COMPOSITVS

A P. ANTONIO FRANCISCO CARDIM

è Societate IESV

ST. FRANCIS XAVIERS

COLLEGE

Prouincia Iaponia ad Urbem

Procuratore.

FATHER S LIBRARY,

30 WEST 13TH ST.

QVI LEGITIS FLORES,

HOS LEGITE,

SIC QUONIAM POSITI SVAVES

MISCENTVR ODORES.



ST. FRANCIS XAVIERS

COLLEGE.

FATHER S LIBRARY,

30 WEST 13TH ST.

ROMÆ, Typis Heredum Corbellatti. 1646

SVPERIORVM PERMISSV.

FASCICULVS

E IAPTONICIS FLORIBVS

SVO ADVIC MAGNETIVS SANGVINE

COMPOSITVS

A. P. ANTONIO FRANKS O. CARDINI

PHARMACEVTICVS

1847

Trinitatis, Caput, et S. Petri

Prohemium.

QVI LEGITIS FLORES

HOS LIBROS

SIC SEQUITUR

MISCELLANEA



E 271.82

C 179

F 2



71-2837

1847

Pharmaceuticus

EXPERIMENTVM PERMISSVM



SANCTISSIMO
DOMINO NOSTRO
INNOCENTIO
PAPAE X.



X ultimo terrarum,
Orbe (B. PATER)
ad pedes Tuos acce-
do, pariturus impe-
rio, quod nobis in fi-
gura Leuitici 23.10-propofuit Deus.
Terram ille nobis dedit, Iapponiam, quam

* 2

facien-

COLLEGE.
FATHER'S LIBRARY,
100 WEST 10TH ST.

VINCENTIVS CARRAFA,

Societatis IESV Præpositus Generalis.

CUM Opusculum, cui titulus: Fasciculus
Florum Iapponicorum, & Catalogus
Religiosorum, & Secularium, qui in odium Fi-
dei interfecti sunt, à P. Antonio Francisco Cardine
nostra Societatis Sacerdote, ac Prouinciæ Iapponiæ
Procuratore conscriptum, tres eiusdem Societatis Theo-
logi recognouerint, & in lucem edi posse probauerint;
facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita il-
lustrissimo & Reuerendissimo D. Vicegerenti, ac
Reuerendissimo P. Magistro S. P. Apost. videbitur.
Datum Romæ, 13. Aprilis 1646.

Vincentius Carrafa

Imprimatur,

Si Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Palatii
Apostolici videbitur.

A. Sacratius Episc. Comaceni. Vicefg.

Imprimatur,

Fr. Raymundus Capisuccus Magister, & Reue-
uerendissimi Patris Fr. Vincentij Candidi
Sacri Palatii Apostolici Magistri Socius,
Ordinis Prædicatorum.

Protestatio Auctoris.

CVM Sanctissimus D. N. Urbanus Papa Octauus, die 13. Martij, anno 1625. in Sacra Congregatione S. Rom. & vniuersalis Inquisitionis, Decretum ediderit, idemque confirmauerit, die 5. Iulij, anno 1634. quo inhiuit imprimi libros hominum, qui in Sanctitate, seu Martyrij fama celebres & vita migrauerunt, gesta, miracula, vel reuelationes, seu quacumque beneficia, tamquam eorum intercessionibus à Deo accepta, continentur sine recognitione atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censi approbata. Idem autem Sanctissimus, die 7. Iulij 1631. ita explicauerit, ut nimirum non admittantur Elogia Sancti vel Beati absolute, & quæ cadunt super personam, bene tamen ea, quæ cadunt supra mores, & opinionem, cum protestatione in principio, quod ijs nulla adsit auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes Auctorem. Huic Decreto, eiusque confirmationi, & declarationi (obseruantia & reuerentia, qua par est) insistendo, profiteor, me haud alio sensu quidquid in hoc libro refero, accipere aut accipi ab ullo velle, quam quæ ea solent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem diuina Catholica Romana Ecclesia, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur: ijs tantummodò exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.

faciendæ sementi primus Roma-
na auctoritate *ingressus est* Franci-
scus Xauerius, Apostolicam inde
cum nomine gloriam adeptus. Vno
iàm propemodùm seculo, primùm,
ab ipso, dehinc ab colonis, quos
ponè se traxit, ager ille aratur, occa-
tur, sarritur, feritur, irrigatur, ac tan-
dem etiam *seges demessa est*. Ego, com-
muni Gentis nomine, *fero manipu-
los spicarum, primitias messis nostræ, pignus
vberimæ autumnitatis, ad T E S A-
C E R D O T E M, qui eleues Fasciculum
coram Domino, ut acceptabile sit pro nobis
altero die Sabbati, quem in quiete pe-
rennatura præstolamur. Tu ilum,*
quod Tuum solius munus est, *sancti-
ficare dignaberis, cum illud Diuinæ
tempestiuum gloriæ, & Ecclesiæ
Sanctorum censueris opportunum:*
eff. *esque, ne messorum Tuos, aura*

VINCENTIVS
benignitatis Tuæ recreatos, fatiget
pondus diei & æstus, quo pertinaci-
ter exercentur: & ipsi quoque de-
mum in spicas transeant, Tuo con-
spectui repræsentandas. Non po-
tes, B. PATER, agri Tui fructus
aspernari, qui eorum profunda cu-
piditate teneris: neque me, qui eos
Tuis pedibus aduolutus exhibeo,
Tua benedictione frustrari.

Ordinis Prædicatorum.
Sacri Palatii Apostolici Magistri Socius,
Venerabilissimi Patris Fr. Vincentii Candidi
Re. Reverendus Capitaneus Magister, & Re-
ligiosus.

ERRATA CORRIGE.

pag. 10. lin. 7. Quir. can. seu tiam l. vlt. maigs, m. gis. p. 16. l. 10. quos, quos. p. 22. 23. 60.
 pag. 10. lin. 19. p. 2. vlt. vlt. cedet, lapides. p. 20. l. 22. infra, intra. p. 28. l. 2. salulis 1552.
 1592. pag. 13. l. 4. 30. die. p. 43. miliar, miror. p. 42. l. 1. notissimum, m. u. s. in om. l. 12.
 deest & Cantam. l. 4. exo. a. exo. a. p. 45. l. 1. apizne, ipse ne. p. 55. l. 10. mem. mem.
 m. m. n. p. 70. l. p. ult. 39. 29. l. 3. reuersus, reuerius. p. 80. l. 4. vfe, vt. se. p. 90. l. p. en. t.
 16. 2. 26. 1. p. 97. l. 2. Conleat. Co. tenca. p. 101. l. 13. eorum eni m. p. 102. l. 24. ferocissimo.
 ferac. in. p. 103. l. 13. impense, impense. l. 16. transcripsit, transcripserit. p. 111. l. vlt.
 1579. 159. pag. 111. l. 1. literarium literarum. p. 115. l. 1. nobilis, nobile. p. 116. l. 12. num.
 phia. umphaa. pag. 115. pronuntiatet, prauuntiatet. p. 126. l. 9. semper ipsam, sequet.
 ipsum. p. 129. L. x. om. minus non minus. p. 132. l. 23. in odium, in obsequium. p. 133. l. 4.
 quaru. a. quore. n. 1. 14. anniano. & alibi similiter. p. 141. l. 1. int. Gasini. Gas. p. 153. l. 11. d.
 posset, posuisset. p. 176. l. 9. eunt, nunc. p. 181. l. 10. obseruator obueclabatur. p. 182. l. 12.
 eum, redundat. l. 14. lux. 74. die. 54. h. vlt. Nanga. o. donus, Nanga. odono. p. 190. l. 13. con.
 gratulati, congratulati. 123. Nanga. cu. Nanga. achum. p. 194. l. 21. viu. rer. viueret. l. 2.
 vedno. uenno. 197. l. 10. quatus, osi. cus. p. 203. l. 25. sexagesimo sexto, quadregesimo
 secundum, omnia in genitio casu. p. 205. l. 14. quarto, quarta. p. 214. l. 13. haud, aut. p. 224.
 l. 9. ac Xaucro, Xaucro. p. 224. l. 2. numerosum, uerosum. p. 229. l. vlt. respueat,
 respiceret.

IN CATALOGO.

pag. 11. l. 14. Vantanbe, Vatanabe. pag. 1. lin. 4. Caucoci, Cun goci. pag. 34. lin. 4.
 M. an. Maan. pag. 36. lin. 7. Yyi, Iyi. lin. vltima, Fendaico, Kendaico. pag. 49.
 lin. 3. adde, de Sanct. Francisco. pag. 71. lin. 8. Gucan, Kean. pag. 78. lin. 10. pro.
 mulgaam, promulgam.

Imprimatur:
 Fr. Raymundus Capnoccus Magister, & Rector
 studii huius Patrie Fr. Vincentii Canalic
 Sacri Palatii Apostolice Magistri Socius,
 Ordinis Predicatorum.

IAPPONIAE

Nova & accurata descriptio
Per R.P. Antonium Franciscum Cardin
Societatis IESV
Ad Elogia Iapponica

34. In Regno Samiqui Eccles.
35. In Regno Aua Ecclesias
36. In Regno Iyo in Civitate
Dongo Resid. et Ecclesias
In ceteris Regnis praecipue
in Uoxu, et Deua, et in Iezo
extra Iaponiam dispersi
sunt Christiani maximo hoc
tempore persecutionis quae
incepit anno 1612.

- 1. In Regno Figen in Civitate Nangasacki Collegiū, Domum Probationis, Domū Misericordiae, et Hospitale, et in territorio Residencias lex, et multae Ecclesias notata signo +
- 2. In Arima Civitate Collegiū, et Seminarium, et in ditione eius Residencias septem, et multae Ecclesias.
- 3. In Uomura Civitate Collegiū, et in ditione Residencias quinque, et multae Ecclesias
- 4. In Civitate Firando Colvinchoam Resid. et multae Ecclesias.
- 5. In Insulis Goto Resid. et in supradietis Ecclesijs publicati erat Concilium Tridentinum.
- 6. In Amatsusa Resid. et Ecclesias.
- 7. In Regno Satsuma in Civitate Langoxima Resid. et Ecclesias.
- 8. In Regno Fiuma Resid. et Ecclesias.
- 9. In Regno Fungo in Civitate Collegiū, et in ditione Residencias et multae Ecclesias
- 10. In Regno Bungo in Civitate Usuqui Collegiū, in Funai Domum Probationis, et in ditione Residencias, et multae Ecclesias.
- 11. In Regno Chincungo Resid. et aliquid Ecclesias.
- 12. In Regno Bugen in Civitate Cocura Coll. inchoatū et Resid. et Ecclesias
- 13. In Regno Chincujen in Civitate Fataca Coll. inchoatum, et Resid. et Ecclesias.
- 14. In Regno Nangato in Civitate Ximonoxequi Resid. et Ecclesias.
- 15. In Regno Suuo in Civitate Yamanguchi Resid. et Ecclesias.
- 16. In Regno Aquu in Civitate Firoxima Resid. et Ecclesias
- 17. In Regno Bitchu Ecclesias
- 18. In Regno Bijen Ecclesias
- 19. In Regno Farima Resid. et Ecclesias.
- 20. In Regno Tjunocuni in Civitate Ozaca Resid. et alteram in Civitate Sacai.
- 21. In Regno Cawachi Ecclesias
- 22. In Regno Yamaxiro in Metropoli Miao Coll. et in eadem Resid. et aliam in Civitate Fucumi et Ecclesias
- 23. In Regno Tamba Ecclesias
- 24. In Regno Vomi in Civitate Anxiqui Resid. et Seminarium.
- 25. In Regno Uataca Ecclesias
- 26. In Regno Yechijen Ecclesias
- 27. In Regno Canga in Civitate Canazava Resid. et Ecclesias
- 28. In Regno Noto Ecclesias
- 29. In Regno Mino in Civitate Quifu Resid. et Ecclesias
- 30. In Regno Vouari in Civitate Quiyohu Resid. et Ecclesias
- 31. In Regno Suruga Curia Imperatoris Daitu Resid. et Ecclesias.
- 32. In Regno Mulaxi in Curia Yendo Imperatoris Xogun Resid. et Ecclesias.
- 33. In Regno Quinocani Residencias, et Ecclesias.

Pars Coreae
COCCIDENS


OCCIDENS



Iappon diuiditur in 66. Prouincias
siue Regna notata lit. P. per omnia dilata:
ta est Fides Catholica: labore & industria
Religiosorum Societatis IESV, multa cen-
tena Christianorum millia numerantur.
Habuit Societas IESV diuersis temporib?
Collegia lex, Residencias maiores, seu
Collegia inchoata tria, Domos Proba-
tionis duas, Residencias 64. Semina-
ria duo. Plurimi pro Xpo mortem
oppetierunt.



S. Franciscus Xauerius Iaponiam Ap. lus
appellit Cangoximam. 13. Aug. ann. 1549.



LECTORI



LETTERAB Annua lapponica expeditionis sensim defecerunt, quia defecere manus, quae antea in eis describendis defudabant. Neque porro ea desiderarentur, nisi eadem Tyranni amputaret gladius. Tyrannus tamen eas etiam ita laceras debet merito expauescere, cum videlicet calamo utriusque obsequente promulgabunt posteritati crucem eius immunitate.

Societatis IASV Alumni, penes quos orat moles vniuersa expeditionis lapponicae, qua speluncis, qua cruce, qua gladijs ferè absumpti omnes interiire penitus. Quapropter anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo quinto, mihi agenti in Macaensi Collegio visum est muneris mei fore, si Christianae Religionis cursum, nunc ex occulto Dei consilio suppressum, Admodum Reuerendo P.N. Mutio Vitellesco, Praeposito Generali, strictim aperirem. Neque distuli, sed statim, partim ex Annis litteris, partim ex publicis testimonijs collecta

& digesta elogia mihi ad Urbem, eorum, qui in
 Odium Fidei mortem oppetiuerant. Quibus is
 vbique plausus fuit, vt non Goæ modò, sed in
 Lusitania etiam, nouis tabulis exprimi vultus,
 & rursus excudi eorum cruciatus operæ pretium
 fuerit; quo ita Societati nostra impensius Chri-
 stiani omnes gratularentur; vtpotè Religioni
 exornatæ adeò selectis floribus, hoc est, Alum-
 nis, in quos persecutionis turbo præcipuè deto-
 nit, & grassata est incendij flamma, ex qua
 Fidei mille triumphos, illi pepererunt. nimirum
 hæc idumtaxat Tyrannis humanitas inest, vt Mar-
 tyres, etiam intiti, pertrahant ad coronam.

Plausus hinc exortus, & clarissimorum ho-
 minum consilia me impulerunt; vt darem in-
 lucem hæc mearum vigiliarum, ac noctium
 lucubrationes: Elogia videlicet imaginibus or-
 nata, quæ in suis adhuc pœnis inhaerent. Ne-
 que verò me, Lector humanissime, serum di-
 xeris, si eas offero tibi nondum à tormentis li-
 beras. Nullibi, quàm in tormentis, Martyres
 magis gloriantur: in incudibus gemma, aurum
 in fornacibus solet suum inuenire pretium. Im-
 mò rem consultò ita digessi, vt, sanguineo veluti
 in theatro, simul discas efferatâ indolè Tyranni, &
 simul Martyrum constantiâ inuictam admineris!

Quàmuis autem inclytâ Societatis IESU acies,
 tantum constet bellatoribus septem supra octo-
 ginta, de quibus me acturum polliceor; tamen
 & alios etiam, quia in tormentis ceciderunt,
 in eadem Societate censeo esse connumerandos.
 Etenim Societas eos, ut parens, primò quidem
 informes idololatrias vtero suo concepit; dein Fi-
 de instructos, & sacro latice ablutos parturijt:
 ac tandem laurea decoros astris cœloque intulit.

Hæc vera esse dices, si reuocaueris in memo-
 riam annos priores illos quatuor & quadragin-
 ta, in quibus aliâ nullæ Sacræ Religionis pene-
 trauerant in Iapponiæ Regna; & iam tum Socie-
 tas in agris illis tam incultis persemminabat Fidem,
 messesque propitio Numine iam exortas, & fla-
 uescentes vinciebat in manipulos. Ab anno
 enim millesimo quingentesimo quadagesimo
 nono, quo Iapponicis oris primùm illuxit
 Xauerij fides, usque ad annum millesimum
 quingentesimum nonagesimum, Societas lustra-
 li fonte Baptismi expiauit supra quingenta millia
 adultorum: inter quos & Reges potentia magni,
 & Dynastæ titulis clari, Christo ceruices suas
 antea indomitas proclinarunt: atque ijs pleni
 sunt Annales, & plena Sapientum Encomia.

Ab anno millesimo quingentesimo nonage-



4
simo octavo, quo sublati sunt Taycofama Ty-
rannus, usque ad annum millesimum sexcente-
simum decimum quartum, respirante paululum
Ecclesia Iapponica ex antea actis motibus perse-
cutionis; centum & quinquaginta duo millia
nongenti & novem Christo nomen dederunt.
Neque admireris, si Iapponia creditum sibi for-
nus reddit fide tam bona. quippe anno millesi-
mo quingentesimo nonagesimo nono, quadra-
draginta millia animarum salubri aqua inaugu-
rata fuerunt: & sexcentesimo, insuper triginta
millia. In hanc ubertatem adeo miram excre-
uisse diuinitus exitimo segetes irrigatas sangui-
ne Martyrum, quos Taycofama Tyrannus, anno
millesimo quingentesimo nonagesimo septimo
cruci affixerat Nangasachi, & quos deinde Ro-
mana Sedes gloria Martyrum decoravit: vendi-
cante sibi Iapponia, quod de primæua Ecclesia
affirmavit gloriose Tertullianus: *plures efficiuntur,*
inquiens, quoties metimur à vobis: semen est sanguis
Christianorum. In Apologetico, cap. ultimo.
Ab anno millesimo sexcentesimo decimo
quarto (cum videlicet toto effusa impetu grassa-
batur maximè persecutio) usque ad annum eius
seculi trigesimum, viginquique millia post
vestigia Agni processerunt: erantque ea con-
stanti

stanti deliberatione, vt emori, quàm deficere aut nutare animis, mallent.

Anno vigesimo secundo, & tertio, ad Septentrionem fuit messis vberior; fructus nempe spectaculi magni (ita Christiani vocant) cum Nangasachi, anno millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, partim Religiosorum, partim laicorum, triginta capita pependere affixa malis, ad trophæum: & corpora vigintiduo abiuere in cineres, vt renascerentur veluti phœnices.

Testor præterea, domos Religiosorum quàm plurimas refertas viris, quos Societas Iesv tota Iapponia excoluerat in Fide, cum primùm aduersus Christianos infremuit Tyrannus Taycosama; amisit domos triginta à prophanis hominibus habitandas; præter Tèmpla, & Sacella domibus propinqua, & superfuere dumtaxat illa, quæ extracta fuerant Nangasachi, non sine diuino consilio: vt veluti ex pharo emicantes ignes, illustrarent tenebras, quæ tamen Regioni vniuersæ passim exoriebantur. Tria Collegia, & Domum tyrocini, duoque item Seminaria turbo ille sustulit. At, sæuiente in Christianos Daifusama non sine populorum lacrymis, amisit Societas domos triginta quatuor, seu Residentias, quas vocant, aliaque Collegia per multa,

multa, & Tempia etiam: ex quibus, tamquam è Castris munitissimis, Socij centum supra quadraginta emitti solebant, vt ex gehennæ faucibus Iapponum prædas extorquerent.

Ad Meridiem propemodùm erat secura quies, quia in omnibus Prouincijs, Vomuræ, Nangasachi, Tacacu, ita euauerat Idololatria; vt ne vestigia eius quidem extarent. Huius rei documento sit, quòd Illustrissimus Dominus Ludouicus Cerqueira, Episcopus Iapponiæ, promulgauerit ibi Concilium Tridentinum; eique fuerit etiam mira consensione vbique passim obsequij reuerentia. Summam totius Christianæ Religionis administrabat eo tempore Societas IESV & fuit sanè res mira, eam oneri tanto nunquam succubuisse. Horret calamus scribere ac referre, ne laboret, ac nutet fides annalium. Alij enim quadringenta, & alij quingenta millia animarum sub signis Societatem habuisse affirmant: præter Ecclesias illas, quibus Sacerdotes Iappones præerant. Et sanè latissimus ad spatiandum, immò ad laborandum, campus videbatur: nisi ceteroqui animo Societatis impar fuisset, semper maiora molientis.

Post Societatem IESV, Franciscana Familia in Iapponiam ingressa est, anno millesimo quingent-

gentesimo nonagesimo tertio, in tres diuifas domos; quæ erant Nangafachi, Ozace, Fuximis; & in eis Sacerdotes nouem Christum prædicabant. Prædicatorum Ordo Iaponiam intravit, anno millesimo sexcentesimo secundo: & Sacerdotibus nouem quatuor occupauit loca; nempe Nangafachum, & Tenghisu, & duos in super vicis Figeni Regni Augustinianorum. Religio aduenit pariter, anno millesimo sexcentesimo secundo: seditque cum Sacerdotibus quatuor Nangafachi, Vfuqui, & in Bungi Regno.

Intumuit tandem persecutionis procella, & quoscumque corripuit, in diuisa loca eos eiecit. Ex Societate IESU in exilium Manilam, tres supra viginti, & præterea Seminaristæ quindecim relegati sunt. Macaum ex eadem Societate, septuaginta tres, & Seminaristæ quinquaginta, pelago fuerit deportati; hac eis proposita lege, vt plecterentur capite, si remearent. Præter inuictos non ita paucos, qui latuere in ferarum spelæis, & in montium cauernis, tanta fuit quorundam animi fortitudo; vt quò magis exagitabantur, eò quærerent ardentius intima Iaponiæ viscera, quò ibi quidquid iam erat ægrum & corruptum, perfanarent; atque ad eò ij speluncam

(tormenti genus quod Iapponia tunc auara eis negabat) hac ratione vltro petiuerunt.

Hinc lector iam disce sobolem Societatis copiosam; cui congruere videatur id, quod Poeta cecinit

Felix prole virum.

Omnes caelicolas, omnes supera alta tenentes.

Disce Christianorum vberriam segetem cui excolendae, cum vires non suppetent post facti Baptismi laticem, inueniendi fuerint noui institutores ad salutem. Certè non immeritò Iappones tormentis laniatos, appellauit Societatis alūnos, & discipulos Magni Iapponiae Apostoli FRANCISCI XAVERII: ex cuius amplissimis meritis, tamquā è perenni fonte, manauit Societatis gloria, quam ei peperit labor in cultura agri Iapponici.

Fides Elogiorum stabilitur præcipuè ex Auctoris litteris, quas viri Religiosi conscripserunt, atque adeò ex tormentorū commentarijs, formæque Ordinaria simul ac Apostolica auctoritate, qui transmissi in Urbem, ad Urbanum Octauum Pontificem fuerunt. Ex his decerpsi quidquid iam offero laboris, quod Macai conceperunt, Goæ, Vlissipone, atque itinere reliquo deductum, Romæ demum pertexui; Christi Vicarij

pedibus aduolui: Sacro Tribunali, & Magistratu-
rum, quibus oportuit, reliquis, exhibui: eo-
rumque indulgentia, legitimis è præscripto mo-
re cautionibus additis, in lucem publicam emit-
to. Nec mihi succenseas, Lector, si fortasse aliqua
Elogia plus æquo fuerint contracta. Etenim im-
manitas persecutionis spatium me ulterius non
permisit in eorum actis perquirendis. Nisi que-
ri oporteat de modestia illorum, qui tam excel-
sas animi dotes per silentium calamo subduxe-
runt. Verum enim verò, quas ego virtutes he-
roicas non sum affecutus, & quas modestia, ut
dixi, aliorum celauit; eas nemorum solitudines,
montium antra, & subterranei specus recondunt,
& adhuc retinent, in quibus degere viri sanctif-
simi olim cogebantur. Hinc Lapponiæ latebras,
saltus, amfractus, & specus occultos & profun-
dos, existimes thesauros esse, atque auri fodinas,
in quibus pretiosas gemmas virtutum diuinarum
deposuerunt eorum immortales anime, ad fa-
mam & ad æternitatem.

Hos felicissimos viros exprimere voluisse
S. Paulum equidem opinor, quando dixit: *Egen-
tes, angustiati, & afflicti, quibus dignus non erat
mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, &
speluncis, & in caernis terra.* Nam hoc de se.



B

vsur-

vsurpare possunt, qui efflaure animam in montibus ruinosis, in cauis arboribus, & mapalijs; & quos trahere in partem huiusce operis mei consultum esse duxi. Nam, etsi eorum iugulum violentus ensis non pertuasit; pertulere illi saltem labores mille, qui supplere videantur vim, & dicitur Tyranni

Occasione Elogiorum, quæ Romam ex Macao præmissi ad Reu. Patrem N. Mutium Vitellefcum, Præpositum Generalem Societatis I E S U, anno millesimo sexcentesimo trigesimo quinto, P. Bartholomæus Guerreiro librum composuit, quæ inscripsit (*Gloriosa Corona fortissimorum Equitum Societatis I E S U*). Ille Corollam construxit, ego Fasciculum construam: neque laborem suscepsum omninò inane duxerim. Siquidem P. Bartholomæum, quod ipsemet fatetur, erexit ego ad opus tam eruditum. Atque adeò induxi etiam P. Bartholomæum Pereira, ut nostram Lusitaniam ditaret libello illo aureo Paciecidos: ubi quot carmina, tot gemmæ interlucent: quibus perlectis, affirmabis, Mantuam plures tulisse Marones. Et quàmuis P. Ioannes Eusebius Nieremberg stylo aureo lucubrationem hanc meam inseruerit operi Mastrillensi; attamen hoc opusculum edo in læcem, ut opus illius maigs ni-

teat: vel, vt ex proprio fonte gloria Martyrum
 hauriatur. Hic effigies cernuntur: & Lusitano
 quidem idiomate pro gente Lusitana, Latino au-
 tem sermone pro ceteris nationibus, vt fortissi-
 morum hominum cruciatus, in odium Fidei ob-
 iti, ad omnes hoc pacto peruadant.

Et, quoniam per opellæ huius angustias non
 licuit afferre in theatrum vniuersos eos inclytos
 Athletas, qui ad sanguinem vsque: saltem ad
 notitiam singulos enumerabo. Pro coronide
 adijciam fortunatissimi nos illos viros, quos Ciui-
 tas Macaënsis in Cælum potius, quam in Iap-
 poniam Legatos misit: inter quos sexdecim na-
 tiones Christo testimonium dederunt, etsi po-
 tuisset ingenita barbaries à proposito tam glo-
 rioso eos retardare. Ceterum in spem erigor
 venturæ felicitatis. Video enim oculos Numi-
 nis versùs Iapponiam flecti lumine prospero,
 & salutari: prosterni muros, quibus ea regio
 claudebatur: restitui commercium Vrbi labo-
 ranti: fidem exulantem postliminio reuocari:
 & campos, irrigatos innocenti Martyrum cruore,
 in fructus vberes Christianorum sensim resol-
 ui. Videlicet hæc nos vnica spes alit, hoc sola-
 tium sustentat, ex Diui Ioannis Chrysof. men-

tē, ac sententia illa: *Sicut planta, rigata magis
crescunt; ita Fides nostra oppugnata, magis floret.
Neque, horti aquis irrigati, ita germinant; ut Ec-
clesia, si Martyrum sanguine irrigentur.*



Et quoniam per opella prius angustias non
licet asserere in eademque universos eos incluzos
Athletas, qui ad sanguinem usque: saltem ad
notitiam huiusmodi
adiciam fortissimos
tas Maceratis in
ponam Legatos
tiones Christo
tuisset ingenia bar
toto eos reardare. Ceterum in ipem erigor
venturae felicitatis. Vides enim oculos Numi
nis versus Japoniam flecti lumine prospero,
& salutaris: proferri muros, quibus ea regio
glorietur: restitui commercium Vbi labo-
ranci: sedem exultantem postliminio renouari:
& campos irrigatos innocenti Martyrum cruore,
in fructus uberes Christianorum sensum resolu-
ni. Videlicet haec nos vnica spes sit, hoc sola
cium sustentat, ex Divi Iohannis Chryso. man-




D E

FASCICULO

P. ANTONII FRANCISCI
CARDIM,

In quo D. Franciscus Xaverius, fustibus,
sagittis lapidibus, cruentatus;
Indorum Martyrum
Pater fuit.



Lumina cui debes, auramque, diemque, sagittis
Quid Solem violas, India, Xaverium?
Verbera quid duri ingeminant & vulnere fustes?
Solis & in vultum saxa facesque volant?
Vulnere Sol patitur? fundet pro sanguine lucem:
Vulneraque hac Solis, sidera Solis erunt.
Vulnere Sol habet? erumpent de vulnere Soles:
Sideraque Indorum, Martyres exsiliunt.

Xa-

*Xauerius parit Heroes per vulnera . Plures
 Edat ut Heroas, vulnera plura cupit.
 Mille suo parit Heroas de sanguine . Mille
 Qui parit Heroas, sidera mille parit .
 Cerne coronatum Heroum diademate Solem .
 Quàm benè Hic Heroas Sol diadema gerit !
 Inuidus obscurat Sol sidera . Xauerius Sol
 Non flagrat inuidia siderum, amore flagrat .*

Reu. P. Hieronymi Petruccij
 è Soc. IESV.





U. Franckische Xaverius Irthor Abgottor B. I. I. I. I.
Pro hoc Baptismo Nihil Capiti dicitur Nihil
Nihil dicitur dicitur dicitur dicitur dicitur dicitur



*S. Franciscus Xaverius Indiarum Apostolus In Iaponia
Pro fide Lapidatus, Virgis Cæsus, Sagittis Vulneratus,
Non Sine Sanguine, Sed Mirabiliter a Deo Liberatus.*



ELOGIUM
PRIMUM
S. FRANCISCI
X AVERII.

AVERII sidus emicat, veluti Sol su-
 pra ignes alios minores. In prima
 huius operis fronte est, ut illustret
 opus vniuersum. Equidem ei primas
 debeo: quia Orientis tenebras primus dispulit,
 & Iaponiæ Monarchiam Imperio Christi sube-
 git: quapropter gloriosum ei nomen adhæsit
 Apostoli Orientis. Ea fuit X AVERII celsitudo,
 ut Numini Regna etiam atque Imperia subiug-
 auerit.

Acce-

Accedit illud quoque : videri rationi confentaneum , vt Magifter alunos præeat , quos inftituit ad falutem : vt Dux ante milites fuos gradiatur , quos inftituit omni armatura fortium ad prælia Domini : & vt primus legat offeratque in Fasciculum flores , quos feminauit atque aluit Colonus fortunatior multò , quàm olim Adam : fiquidem Spinæ & tribulos , idelt Idololatrias Iappones , in purpureas rofas conuertit , & in æternos amarantos . Nec mirum : quia etiam mare , vndis maximè exagitatam , ad tranquillitatem exegit : & pedis contactu in dulcedinem fluctus eius falfos immutauit . Quòd fi leui digito pedis hoc prodigium patrauit ; quid non præftare potuiffet , fi manu fua Oceanum tetigiffet ?

Sanctiffimus vir, FRANCISCVS XAVERIVS, fuit natione Nauarrus. Hinc vim habuit, quafi hereditariam, iniiciendi catenas beneuolentiæ in hominum animos, quos Regio Nauarræ, alitrix eius, fubminiftrare ipfi potuit, cum catenas pro ftemmate fuo gerat. Arcto confanguinitatis gradu fuit cum Regibus coniunctus: fed Regum gloria maior fuit, quòd eum agnatum & confanguineum habuerint. Exortus eft in Caftello Xauerij, prænunciante Cælo, eum fuf-
pera-

peraturum magnitudine sua ceteros homines: quemadmodum super ædificia, quæuis alia prominere turris præalta atque excelsa: vel etiam quia iam tum, cum in ipsis incunabilis intra castrum illud armabat, ad obeundam sacram expeditionem Orientis. Editus in lucem est, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo: quo tempore Archithalassus Oceani Orientalis Dominus Vascus de Gama regiones Orientis, nullis Europæis antea peruias, aperuit: ut crederetur Lusitanus vir, XAVERIO potius, quam Regno Lusitaniæ, atque eius gloriæ, nauigationem illam aperire.

Lutetiæ Parisiorum, quæ sunt iam Regni florentissimi Athenæ, Philosophiæ ac Sacræ Theologiæ strenuam operam nauauit, mira ingenij commendatione: & breui euasit Magister, ita ut tradere alijs Philosophiæ præcepta potuerit, cum auditorum suorum admurmuratione secundissima. Ibi inter primos socios IGNATIÏ Loyolæ accitus est. Ex IGNATIÏ consuetudine ita profecit statim; ut omnia genera virtutum quasi ex fonte hauserit, iisque suos comilitones etiam imbuerit. Mox, ut seipsum vinceret, atque in potestate haberet, exigeretque poenas anteaactæ vanitatis; duro nexu obstrinxit nudum corpus,

*

C

sed

sed miraculo Deus funes illos dissoluit: neque enim par erat, vinculis præpediri eum, qui spacia terrarum immensa erat peragraturus. Destinatur ad Orientis sacram expeditionem ab **IGNATIO** Patriarcha, flagitante **Ioanne Tertio**, Rege Lusitaniz: & à **Paulo III.** Pontifice Maximo, Apostolici Nunciij dignitate condecoratur.

In Lusitaniam est profectus, erectam expectatione viri tam egregij, cuius aulam pauper intrauit. Et isthic visa est purpura Regum prouolui ante genita Paupertatis, quasi hæc imperaret pompæ illius: non sine admiratione omnium, qui facile sibi persuaserant, sub attrita veste diuinum aliquid latere. Dum **Vlyssipone** opportunitatem nauium expectat, soluturus in Orientem; Apostoli cognomen tum sibi & posteris promeruit: Lusitania enim ideo deinceps Religiosos viros nostræ Societatis, Apostolos nuncupauit. Tandem auspicijs felicissimis 7. die Aprilis, anni 1541. soluit ex eo portu **Vlyssiponensi**. Et sane congruè Aprilis mense: nam clauas Cœli ianuas aperturus populi Orientis, inde tunc nauigabat. Fertur trecenta millia animarum exiisse fonte Baptismi. Sed maiora perhibet de eo **Bossius Eugubinus**: dum affirmat, post

Ecclesie Christiane exordia, per annos 1500, non tot mortales fuisse veneno prauis dogmatis infectos ab Hæreticis vniuersis; quot vnus XAVERIVS, annis vndecim, Christiane doctrine medicamentis persanauit. Incensa eius Charitas, qua in nauigio cunctis præsto erat, atque opem ferebat; Sancti viri nomen illi comparauit, quod postmodum retinuit in Oriente vniuerso. Vehementi & diuturna nauigatione nauis concussa & quassata Mozambicum in hiberna concedere debuit, vt reficeretur: & tum ibi incolas, atque insuper Socotorinos, ad quos nauigium diuerterat, operibus magnis in admirationem sui statim erexit: Deo nauem ita dirigente, vt solo saltem conspectu Africam iuuaret, quandoquidem aliò ex Cæli destinatione properabat.

A Mozambico exscendit in littus Goanum. Mirum dictu est, quam breui tempore eius Urbis facies fuerit in melius immutata. Urbem illam Ethnicam tam citò extinxit, vt Goa in ipsa Goa frustra iam quæreteretur. Vix spiritum & vires colligerat, eum in Comorinum Promontorium progressus est: ibique Parauas, barbarum hominum genus, sub Christi iugum adduxit. Inde, iussu Ioannis Regis, in arces atque Vrbes

maritimas immigrauit, quas Lusitani præsidario milite obtinebant. Vbique regionatim per vicos & plateas, rudes quosque & mancipia, tintinnabulum quatiens, elata voce instituebat: neque Apostolici Nuncij dignitas erubuit descendere ad hæc infima Christianæ Fidei rudimenta: quinimmò, maiora semper conatus, mendiculis opitulabatur, diu noctuque assidebat ægris, vigiliasque ad lectulos eorum agebat, nunquam illius Charitate dormitante, aut cessante. Cum militibus classico audito euocabatur ad arma: non ut hostes quidem sterneret, sed ut contubernales potius iuuaret. Hanc cœlestis eius vitæ institutionem subsequuta sunt miracula complura: nempè oculos cæcos, manus abscissas, attritos pedes restituit: pristinam valetudinem ægris reparauit: è sepulchris mortuos excitauit ad vitam, isque numerantur septem supra viginti. Quod autem Orienti vniuerso admirationi fuit; Lusitanos animo prostratos & pauefactos, ad dimicandum est adhortatus, victoriamque pollicitus est: quam celeberrimam sunt consequuti, ut dicam quàm breuissimè. X A V E R T I V S, sola ducentorum triginta Lusitanorum acie instructa, numerosissimam classem Aconorum ita debellauit; ut quaternam millia barbarorum

rorum ferro perempta fluitare in vndis mox viderentur; & cladis illatæ documentum fuerit cruentus aliquandiù Parlenfis Oceanus contra Malacam. Victoriæ autem argumentum fuerit classis Lusitanorum, quæ cum præda opima in portum, similis triumphanti, remeavit. Hinc ad Malucas perrexit, ferox hominum genus, indomitum, & per montium iuga dispersum, omnique solutum lege: eos tamen Cæli doctrina mitigavit, & ex obscurissimis latebris adduxit ad Christianæ vitæ splendorem X A V E R I V S, cum Elisabetha Regina Ternatensi.

Inter hæc Iapponia, arcano Dei nutu, eum ad se inuitabat, ad quam X A V E R I V S ardentissimè anhelabat: idcirco, frustra invidia fremente, ac etiam repugnante amicorum benevolentia, post mille Oceani pericula, 15. die Augusti, 1549. Cangoximæ portum, situm in Regno Saxumano, tenuit felicissimè. Neque Sol antea vnquam ibi clarior atque illustrior exortus est: Aliquantulum per finitima Regna digressus, Meacum gentis caput adire operæ pretium duxit: ratus fore, vt, debellato capite, cetera membra in Christi ditione breui haberentur. Superba Ciuitas peregrinū hominem accepit initiò crudeliter, fustes, lapides, sagittas expediuit, non
 sine

sine sanguine: sed mirabiliter à Deo liberatus est
 XAVERIVS.

Iapponia miraculorum luce perstricta, millenos & millenos immerferat ad salutem in Baptismi fonte, vt ab animæ fordibus repurgarentur. Non ità multò post, rursus Goam est reuersus. nec sanè tam rapida conuersione Sol in Cælo circumagitur. Adhuc anhelus erat, ex his sæpiùs repetitis maximis itineribus pijsque expeditionibus: cum iam quater adamantinas Sinarum portas videbatur: quæ, quoniam XAVERIO viuenti ac spiranti relictabantur; experiri libuit, an ei paterent saltem morienti: sciebat enim, Scripturæ Sacræ oraculis extolli mortis fortitudinem, & Christum Dominum oportuisse pati priùs, quò ita Cæli ianuas aperiret. Ergo apud Insulam Sancianam, subsidijs humanis omnibus destitutus, sed cælestibus tamen redundans, XAVERIVS in arenosum littus eiectus, nobis ereptus est, vt Cælo potiretur. Et meritò patenti in littore obiit: non enim decuit, infra vnius Urbis aut Regni angustias emori eum, cui totus nouus Orbis, quantus quantus est, ad benè merendum de omnibus patuerat id.

Postridie Kalendas Decembris recurrit anniversaria eius felicissimi obitus dies. Fuit vir spi-

ritu Dei plenus: nec benefactis modò, sed verbis quoque ad eò efficax; vt naturæ atque elementis ipsis imperaret: Opifex rerum admirabilium: benignus & misericors erga inopes, Diuinæ gloriæ acerrimus propugnator: & quem nulla maris aut terrarum discrimina vnquam fregerint aut terruerint: sibi dumtaxat vnice infensus; se flagris frequentissimè vsque ad sanguinem excipiebat: deditus contemplationi rerum Diuinarum, sæpè dies, sæpè noctes in ijs exercebatur, perfusus animi liquidissima voluptate. Virginitatis, Apostolatus, & Doctoris gentium laurea insignis, etiam Martyrij aureola condecorandus videtur, cuius nimirum desiderio semper flagrauit.

Corpus eius incorruptum, Goæ in Domo Professæ Societatis I E S U habetur, intra conditorium argenteum: eòque confluit Oriens vniuersus, excitus miraculorum fama: quem admodum Orbis totus sacras eius Reliquias inde repetit.

Neque verò Orientalis India dubitauit vnquam, se illius tutela muniri: qua vtique sola, Regum potentissimorum, & piratarum irruptiones conspirationesque, ceteroqui exhausta viribus, aliquoties elusit. Sed cur in
 Orien-

Oriente sepulcrum posuit? Crediderim, vt
 incorruptus in ea splendidiore Solis regio-
 ne Orbi clariùs & meliùs monstraretur. Gre-
 gorius Decimus Quintus, Pontifex Maximus,
 plaudente Orbe Vniuerso, XAVERIVM IN
 Sanctorum numerum retulit, duodecima
 die Martij, Anno millesimo sexcentesimo vige-
 simo secundo.





Franciscus Germanicus Hispanus doctor
sancti Vincentii in Hispania mortuus
Romae anno 1661. auct. Bernardus



P. Franciscus Carrionius Hispanus, Societ. IESV, 'misto Firandi Veneno in odium Fidei moritur IKizuki. . . Augusto Romæ † † Supc. Permissu 1890.

ELOGIUM II.

P. FRANCISCI
CARRIONII.

P Franciscus Carrionius, Natione Hispanus,
 natus est Methymna Campi, Diœcesis
 Salmanticensis: cum verò, si indolem animi spe-
 ctes, & primos virtutum eius odores; flos campi
 appellari posset. In hortulum Soc. IESU tran-
 satus est, anno salutis 1571, in Indiam nauiga-
 uit anno 1574. Sed triennio post P. Franciscus
 Carrionius à P. Alexãdro Valignano Visitatore in
 Iaponiã missus est: à quo insuper iniunctum ei
 fuit, vt annuas litteras expeditionis Iaponiœ
 conscriberet, quod accuratè admodùm egit, re-
 ferens in codicem incrementa Religionis, & res
 præclarè gestas à Soc. IESU Operarijs in ea Do-
 mini vinea, quam ipse simul excolebat: nec
 enim decorum esse interpretabatur scribere,
 quæ cum laude alij agebant; nisi agere laudabi-
 liter certatim ipse cum eis conniteretur. Singil-
 latim ipse operam egregiam nauauit in Insula.

Ximo, & Meaci etiam consilia vitæ æternæ, & documenta salutis, tum in alloquijs priuatis, tum in concionibus publicis, exposuit ijs, inter quos Pater atque Institutor eorum versabatur. Tum verò, tamen si esset vita ac moribus innocens; passus est persecutiones admodum graues: sed inter eas constans eius animus minimè succubuit, viresque nouas inde hauriens, quàm plurimos ad Religionem Christianam induxit. Ad hæc in Regno Bungensi diu mortem auidè expectauit, quam expetere semper solitus erat, quasi laborum suorum metam (quo tempore videlicet, Iosumunius Francisci Regis Filii, & Cicacata eius agnatus aduersus Religionem inuenerunt) sed voti compos non fuit. Demùm anno 1590. missus Firandum est, vt Euangelium, quod ibi fuerat recenter seminatum, excoleret, & proueheret ad messem. Dùm verò ibi labore indefesso defudaret, magno Religionis bono; exitu nectis est propinato veneno in odium Fidei, mense Augusto eiusdem anni, in Vico Insule Firandensis Ichisuki, agens ætatis suæ annuum 36. initæ Societatis 17. atque expeditionis Iap-





P. Georgius Carualhal Lusitanus Societ. IESV. misto Fi-
randi Veneno inodium Fidei moritur I Kizuki. s. Majj. 1592.

ELOGIUM III.

P. GEORGII CARVALHAL.

IN Lusitanie Regno P. Georgius Carvalho natus est, fuitq; patria eius Civitas Visésis. A pueris probè institutus in primæ litteraturæ rudimentis, ac præbens specimen virtutis magnæ, cum 17. attigisset annum, Soc. I. E. S. U. nomen dedit, anno salutis 1567. In hac Religiosæ virtutis palæstra statim exercitationibus pijs animum cœpit præparare ad obeundos pro Fide labores, & ad procurationem animarum non in Europa dumtaxat, sed in exteris quoque regionibus Numine propitio promouendam. Ergo, annuentibus iam Moderatoribus suis, cum Operarius probè instructus esse videretur; in Indiam profectus est, anno 1578. Tam illustre autem specimen sui omnibus dedit; vt, decennio post, fuerit constitutus Magister Nouitiorum, quippè vir insignitè pius, & virtutibus magnis instructus. Inde in Iapponiam progressus, vt maiora in dies

pro incremento Fidei moliretur; in Ximo, præcipuè in Bungi Regno strenuè adlaboravit in Euangelij cultura; ibique alterum decennium incredibili cum animarum prouentu exegit; & successit P. Francisco Carrionio IchisuKi extincto, par in omni laude antecessori suo tam egregio. Demùm, post incommoda plurima, laboresque assiduos & perennes, quibus biennio ferè cum gloria est perfunctus; è viuis sublatus est sanguinis vomitu; quem virosa potio prouocauit, propinata in odium Fidei, excessitque subitario exitu, 5. die mensis Maij, anno salutis 1552. ætatis 42. & iuitæ Societatis 23.





Prætorius Mantel der Pallas Göttin
Lauter Weisheit trübt die Kunst Maler




P. Theodorus Manteles Belga, Societ. IESV, in isto
Firandi Veneno prodiu Fidei moritur Malacca. 1593

ELOGIUM

P. THEODORI

MANTELES



Natione Belga, & patria Leodiensis fuit P. Theodorus Manteles, dignus planè nomine, quo insignitus in fonte lustrali fuerat, & qui verè donum Dei existimari potuit, fortitus videlicet ex beneficentiâ Numinis animam optimam, & planè idoneam ad animarum lucra comparanda. Annũ agens 20. ad Soc. I E S U adspiravit, & voti compos, in eam admissus est, anno salutis 1558. Et quia præclara indoles eius angustos esse fines Europæ interpretabatur, præ latitudine Charitatis, qua Orbem Terrarum vniuersum completebatur, in Iaponiam traiecit: vt in eo vltimo recessu Orientis, Euangelium Christi propagaret, fugaretque ibi Idololatriæ tenebras; vbi ceteroqui Solis exorientis luce regio satis admodũ illustrabatur. Ibi felicissimè decem annos impendit operam suam, quæ Ethnicos pertrahendo

ad

ad lumen Christianæ veritatis, quæ eos initiando nostræ Fidei Sacramentis: vt, exuentes veterem hominem, nouum induerent, & populum acquisitionis Ecclesiæ illuc nascenti repræsentarent. Dum hæc molitur, satis prospero euentu, & augetur in dies numerus Christianorum; propinatum illi venenum est, ex Fidei odio, eodem omninò tempore, quo illud hausit P. Franciscus Carrionius, comes expeditionis, & socius laborum atque ærumnarum eius: sed enim, quia firma erat valetudine, & optima virium corporis constitutione; antidoti beneficio, quod statim initio suscepit, eam vim veneni tabificam & lethalem aliquo modo superauit. Itaque superstes adhuc ad biennium fuit: sed, si mortem euasit, haud morbos planè graues omninò euadere potuit, quos contraxit ex ea immani potione, & vitam ideò magnis cruciatibus afflictam deinceps perpetuò egit. Et missus primò Macaui est, postea Malacam, si quo modo potuisset, Cælo vtens magis propitio atque salubri, à tantæ ægritudinis molestijs liberari. Ceterùm, cum iam esset Cælo maturus, è viuis excessit, inter Christianæ pietatis tum maximè obita exercitia, salutis anno 1593. initæ Societatis 13.



Josephus Flavianus Historiae Antiquitatis Iudeae Auctoris
Famae huiusmodi. Famae huiusmodi. Famae huiusmodi.



P. Iosephus Furlanettus Venetus, Societ. IESV, misto
Firandi Veneno inodū. Fidei moritur Arimæ... Aprilis
1597.

ELOGIUM V.

P. IOSEPHI

FURLANETTI.

Talıs natione, patria Venetus fuit P. Iosephus Furlanetus: & in ea primaria Italiae Vrbe imbutus à pueris est omni virtute præcipua probèq; instructus ea litteratura, ex qua oritur ingeniorum cõmendatio. Annum agens ætatis secundum supra vigesimum, vt posset alijs etiam prodesse, Institutum Soc. IESU adlegit, atque optauit in nostrum Ordinem transcribi, quod & consecutus est à Venetæ Prouinciæ Præside, anno salutis 1571. Non diu tamen in patria ei libuit morari: sed vt, maiora auspice Deo conaretur, maluit ex Europa excedere: & Goam, Urbem celeberrimam atque Orientis caput, profectus est, anno salutis 1576. ibi verò hæsit biennio, seque virum religiosissimum peræquè atque operarium egregium omnibus exhibuit. Dein, nouam aggressurus pro Fide Christi expeditionem in Iaponiam soluit:

& Ma-

& Macaum primò destinatus est, cœpitque de Religione recenter ibi fundata statim optimè mereri. Tacafuchij mox præfuit simul Ethnicorum conuersioni, simul eruditioni Christianorum, cum insigni animarum fructu. Quos enim, erutos ex Idololatriæ sinu, in Ecclesiæ gremium transferebat, vt Christo renascerentur; eos educare atque instruere satagebat: vt, si Tyranni ingrueret persecutio; non imparatum peccatus ærumnis atque tormentis gererent. Adhæc in Ximum migravit, & traditam procurationi suæ Insulam Goto administrauit egregiè; ibique Ethnicos complures Christianæ Fidei aggregauit. Demum anno 1591, missus Firandum est; ibiq; propinato in Fidei odiû veneno, aliquandiu quidem vixit, sed magnis semper doloribus excruciarî se in posterum sensit: quocirca, post edita patientiæ, Christianæque humilitatis illustrissima documenta, munitus Sacramentis Ecclesiæ; in Vrbe Arimâ extinctus est, mense Aprili, anno 1593. ætatis 44. inita Societatis 22. expeditionis verò Iapponicæ 15.



2. Paulus Michielsson door H. M. van der
voort en propter Ede. W. van der Meer.



S. Paulus Michi Iaypon, Societ. IESV, crucifixus, & lanceis
transfixus propter Fidē Nangalachi .s. Febr. 1597.

ELOGIUM VI.

S. PAULI
MICH.

Beatus Paulus Michi, natione Iappon, ex Re-
 gno Aua oriundus, clarus sanguine, sed
 multo tamen clarior moribus, & illustri sancti-
 tate. Charitas, qua populares suos impensissi-
 me prosequeretur, omnibus eum apprime gra-
 tum, atque amabilem reddidit. Consuetudinis
 eius excellentiam conijcere fit ex nomine, cui
 infixam notam salutis gerebat, ut posset Iappo-
 num quilibet dicere: Paulus non sibi, sed mihi
 natus est. Quapropter, si natiuitatem eius Ange-
 lus de caelo enunciaisset; potuisset dicere, Natus
 est vobis hodie predicator: quemadmodum ad-
 cunas Bethleemias olim cecinit, Natus est vo-
 bis hodie Saluator Mundi.

Seminarium, Gregorij XIII. Pontificia mun-
 derentia fundatum & erectum in Iaponia, in-
 ter primos alumnos educavit Paulum: utpote

quem

quem mater Ecclesia inter primos flores hortuli Iapponici legere debuerat, ut ijs coronaretur. In Euangelij prædicatione ita excelluit, ut etiam Purpuratorum animos voce pertraheret quò luberet: veriùs multò, quàm Amphion sylvas & cautes.

Audacia esset, Paulum in prædicatione cum Sancto Paulo comparare: sed, in cruce saltem Petro simillimus; ex hoc tantùm capite Paulo sublimior videatur. Etate sua annos Christi Domini æquauerat, ex quibus undecim egerat in Societate Iasvi cum; persecutione latius grassante; comprehensus est in Ozacæ Collegio, ubi morabatur, ab imperatoris satellitum manu. Perpeffus verò est pœnas aerbissimas, clarissimis Christi præco, tanquam violator Tyrannici Edicti, quò Legi Christianæ silentium penitus indicebatur. Idcirco truncata & reuulsa extrema pars sinistra auris, in argumentum ignominie: & carpento impofitus, per Vrbes frequentissimas, Meicum, Ozacam, Sacayum, deductus est. Nangafachum Delusus tamen euentu Tyrannus est: quia id curru vectus, quasi in glorie vehiculo, maior quouis cruciatus, de pœnis inmerenti atque innoxio infligitur, ac de Tyranno ipso triumphat.

phauit. Tandem in cruce actus est, & per-
 foratum lancea pectus eius. Dicores, in Nau-
 gafachi colle, Christum cruci rursus affixum,
 & in pectore lancea confauciatum; vt Iappo-
 nes ab interitu vindicaret; nisi abscissio au-
 ris discrimen fecisset. Emoriens erecta in Cœ-
 lum oculorum acie, cruore suo irrigauit sub-
 iectas collis eius cautes, in semen Christiano-
 rum, qui erant ex eius obitu nascituri. Iu-
 bente Taicosama, & Fasaburò Præside, irroga-
 tum ei est tam iniquum supplicium, 5. die Fe-
 bruarij, anno millesimo quingentesimo nonage-
 simo septimo. Circumuentus satellitio, tamdiù
 properabat ad martyrium; quamdiù ex cruce
 pendeat: non ideò à prædicatione vnquam
 cessauit, sed edixit: Ethnicos quidem ad æter-
 na supplicia trahi præcipites; Christianos ve-
 rò inuitari ad æternam felicitatem. Postremò,
 vt in omnibus Christo simillimus appareret;
 veniam eis rogauit, à quibus sibi vulnera in-
 fligebantur: quæ etiam vulnera præoccupare
 de cruce ausus, pectore spontè adducto versùs
 cuspidem lancearum; vt milites negligentia
 argueret.

Vrbanus Octauus, Pontifex Maximus, Pau-
 lum Michi gloria Martyrij condecorauit, de-

cima die Iulij; anni millesimi sexcentefimi vigesimi septimi: & sacra eius Lipsana Macai sunt iam in omni veneratione præcipua.



lum Michi gloria Martyrii condecorant, de-
Urbanus Octavius, Pontifex Maximus, Pa-

OLE

cima

E

*



Handwritten text in a Gothic script, likely a Latin inscription or a prayer, located below the illustration. The text is oriented horizontally but appears to be a mirror image or a very faint, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



S. Ioannes Gotò Iappon, Societ. IESV, crucifixus, & lanceis
transfixus propter Fidē, Nangalachi, s. Febr. 1597.

ELOGIVM VII.

S. IOANNIS SOAN,

ALIAS GOTO.



Argenti opes intra rupium viscera clausit
ambitiosa rerum natura, & inter ostrea-
rum conchas avarus Oceanus abscondit Ori-
entales gēmas. Cœlum perinde Ioannē Gotò in in-
sula Iapponiæ secretum ab alijs collocauit, cir-
cumfulò ei Oceano: vt vndarum fremitu, qua-
si latratu, pretium eius custodiret. Quocirca
quid nam est insulani felicius; ex quo Beatum
Ioannem nobis Gotò Insula, Rhodo clarior, pro-
creavit, ex qua vitam simul & cognomentum
hausit? quamquam ea est Ioannis gloria, vt pos-
sit æquiore iure Insulæ eidem nomen indere,
quam ab ea illud mutuari.

Vitæ innocentia, integritate, & moribus
egregijs ita enituit; vt non ex ortus in terris, sed
è Cœlo delapsus propemodùm haberetur: ideò
que intuentium oculos animosque in admira-

tionem sui rapiebat . Illum tyrannica Ozacæ inundatio conuoluit, vnà cum Paulo habitantem, cuius felicissimam sortem ei subire licuit : vt, quos amor in vita coniunxerat, eosdem in exitu non distraheret .

Abscissa sinistra auris particula, eum per Vrbes ad spectaculum circumtulit Tyrānus, vt ipsi vulgò illuderetur : sed Cœlum intercessit, & contra barbarā eam Tyranni mētem effecit, vt cuncti potiùs illum, quasi sanctitatis miraculum, suspicerent . Erexit verò illum in sublime Deus, vt liberius eorum, qui circumsteterant, oculis obuersaretur . Genitor ipsemet, dolore superato, filij supplicio interfuit, redijtq; ditior atque illustrior, aspersus cruore eius . Et hic sanè immutauit Natura ordinē : quia Ioannes, quasi pellicanus de nidulo crucis, lacerato pectore stantem sub alis suis parētem sanguine proprio refecit . Tandem psalmos Dauidis emodulans, ad crvoris fluentia, veluti cygnus, qui ad murmura Mæadri exequias funereo carmine profequitur, in Cœlum euolauit, annos 19. natus . Martyrum autem albo eum inferuit Urbanus viii I. Pont. Max. 10. die mensis Iulij, anni 1627. Illius cineres apud Macaui in Collegio Societatis Iesv. iam instar thesauri habentur .

ELOGIUM VIII.

S. I. A. C. O. B. I.

K. I. S. A. I.


Beatissimus Jacobus Kifai Iapon, in Bigenssi Regno exortus est. Pietas, Religio, Charitas, & virtutum omnia decora certarunt in eo exornando. Inter ceteras animi dotes, potissimum coluit Christianam Humilitatem: idque egit tam studiosè atque impensè; vt quasi pondere innato semper ad ima deprimeretur, pro- uolueretur ad omnium pedes, tanquam ad centrum suæ gloriæ suæque nobilitatis: non sine eorum, qui spectabant, amabili quadam vene- ratione.

Ozacæ, in Societatis Collegio, annis permultis, ostij clauis tenuit, quibus Cælum plurimis refe- ruit. Erat enim laicæ professionis: at inter al- loquia adeuntium, quantum eius vitæ ratio patiebatur, omnium pectora inflammabat, & ad salutis desideria cunctos incendebat. Paulum &

Ioan-

Ioannem raptos ad supplicia minimè deseruit: quinimmò ignominiam, eorum vulnera, & cruces, vti confors martyrij, est confectatus: beatissimamque animam, sub iisdè Tyranno & Præsidente, cum ijs socijs exhalauit. Inter acerbissima crucistormenta, peticum ab amico linteum sanguine irroratum (triste quidem, sed magnum tamen eius Fidei monumentum) recusauit præ animi demissione, cuius professionem nec in morte ipsa vel minimùm remisit. Passus est 64. ætatis suæ anno. Romanus Pontifex, Urbanus Octauus, eum conscripsit in Martyrum numero, 14. die mensis Iulij, anni 1627. & in Macænsi Collegio eius reliquæ seruantur.





Faint, illegible text or a watermark located below the main illustration, possibly containing a title or a short description.



P. Didacus de Melquita Lusitanus, Societ. I. E. S. V. è Lapponia relegatus
in odiū Fidei in iplo deportationis articulo laborib. ar. unilque cōtec-
tus, obiit in suburbio Nangalachi . 4. Nov. 1614.

ELOGIUM

P. DIDACI DE

MESQUITA

Lusitanum Oppidum, Lamecensis Diocesis, Menianfrigidum nomine, edidit in lucem Patrem Didacum de Mesquita: virum omni virtutum genere, sed in primis contemplatione rerum diuinarum, planè illustrem. Miror sanè, locum appellatione saltem adeò frigidum, prògenuisse virum ita diuinitùs inflammatum. Ad præclaras ceteras animi dotes adiecit semper violentas, sed spontè obitas tamen, corporis afflictationes.

Fuit effusa in pauperes largitatis: cuius rei documentum esse potest; quòd semel vestem exuerit, vt ea mendicus operiretur: ne Martinus solus gloriatur de adsimili liberalitate: potuitque id agere, quia opus ei non erat indumento, cum arderet intùs æstu Charitatis. Quòd si foris inopes, domi perinde subditi etiam



F

inge-

ingenium eius notissimum sunt experti: idcirco omnium in eum, nempe Ethnicorum quoque, amor ferebatur. In Iaponiæ cultura, cum annos 38. labore assiduo defudaret; Regio ipsa, ut aliquo modo gratiam rependeret, voce publica eum Benefactorem suum consalutavit.

Hic ille est Mesquita, qui ab ultimis finibus terrarum, Reges potentissimos Iaponum, Franciscum Buagi, Protasium Arimæ, Bartholomæum Vomuræ induxit, ut per Legatos, atque Internuncios ad Gregorij XII. & Sixti V. pedes aduoluerentur; Christum Dominum in Vaticano suo Romano Pótfice venerarentur. Communem prærogatiuam reor eum habuisse, cum Stella Magorum, exorta in Cælo, ut natum in terris Deum, atque inter Bethleemias ruinas latentem, ostenderet.

Idem Patriæ ac Parentibus restituit confirmatos in susceptæ Fidei sanctitate, ac demirantes maiestatem Europæ, adolescentes filios regios, Mancium Itò, Michaëlem Cingua, Martinū Fara, & Iulianum Nacaura postea in odium Fidei occisum.

Redditus Iaponiæ, quasi euoluto eo tempore quod indormisset segnis ac cessans; feruentius remissa Christianam promouere statim cœpit, nitentes

neophytos in Fide stabilire, priuatis largitionibus Xenodochia condere, Collegia regere, atque in omnium animos dominari: vt profectò facinus fuerit sanè indignum, exulare debuisse. **M**acatum hunc Iapponiæ tam beneficum cultorem. Fremebant Tyranni leges, cum ipse adiret interim potentium limina, persuasurus, ne nostri omnes Nangasacho ablegarentur: fore enim arbitrabatur, vt, si radices manerent, Fides aliquando repullularet. Sed faciles antea & beneuolos eorum aditus, omninò clausos reperit: cum Primates latis legibus tam iniquis obsequerentur, ne Tyrannus in capita eorum sæuitiam suam cum indignatione transfunderet.


Itaque vidit P. Mesquita, templa dirui, Religionem expelli, & Christianorum alios trucidari, alios pertrahi ad idola: atque ingentem stragem irrogari eis, qui imperio Christi colla submiserant. Ob eam rem dolor maximus in animum eius peruasit, & sanguinem in venis corrumpit ac deprauauit. Quare, non impetrata manendi venia intra Urbem, donec conualesceret; paulò post ingrauescente morbo, in solitudine, quæ videri poterat viris erga ipsum humanior; tandem inter sentes ac dumos defecit. Putem, id euenisse, vt in vitæ ultimo illo exitu belluas

44 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*

agrestes etiam suæ sanctimoniam participes redderet.

Migravit in Cœlum 4. die mensis Nouembris anni 1614. ætatis 61. Societatis 41. dum imperaret Daifusama, & præfideret Nangasachi Faxegaua Safioye, qui Christianorum erat flagellum acerrimum. Macai, auctoritate ordinaria Præsulum, de eo fuit inquisitum ad palmam.





Handwritten text, likely a title or description, located below the illustration. The text is extremely faint and illegible due to fading.



P. Antonius Franciscus Critana Hispanus, Societ. IESV, è
 Lapponia proscriptus prodiit Fidei laboribus, squalore, & an-
 gustiis nauigij cōsumptus, moritur in nauis. 28. Nou. 1614.

ELOGIVM X.

P. ANTONII FRANCISCI

CRITIANI A.

IN Hispaniæ Oppido Almôdouar de Campo,
Toletanæ Diœcesis, natus est P. Antonius
Franciscus Critiana: de quo dubitaueris merito,
ipsæ-ne virtutes, an verò hæ ipsum magis dilexe-
rint: tam liberaliter suas opes & amœnitates in
eum illæ profuderunt.

Orationi deditus assiduæ, diuinissimam Tri-
dem prosequatur studio & obsequio plus
quàm humano. nec minori animi propensione
Dei Gentricem venerabatur: ex quo factum est,
vt implorata Deipara nihil vnquam petenti ne-
gasse perhibeatur. Ad Orientē venit anno 1584.
& illum excepit & complexa est Iapponia, quasi
alterum Danielem, nempè Virum desideriorum.
Ætatis suæ florentis annos 32. in assiduis labori-
bus exegit: & sanè fatigationi respondit cultura:

quia

quia, inter manus eius laborantes, offerebantur
 Numini perpetuo fructus vberes Christiano-
 rum. Regnante Daifusama, Manilam deie-
 ctus est: tantum ideo, quia Euangelium prædi-
 cabat. Ex incommoda nauigatione, alijsque
 angustijs nauigij, quo exul vehēbatur, morbum
 contraxit: ex quo è vita excessit, quasi in ipso
 conspectu Ciuitatis: dispari, sed feliciori tamen
 exitu: quia socij eius in exilium, Antonius in
 Coelum migravit, die 28. mensis Nouembrijs, an-
 ni 1614. ætatis suæ anno 64. in ita Societatis 41.
 Manila Ciuitas, thesaurum tam pretiosum con-
 sequuta, in Societatis Collegio eum veneratur.

mirum est quod tam liberis tamque opibus & amantibus
 cum illis profunderent.
 Oratio deus quibus
 hem protegebantur
 dum humano. no
 Dei Genitricem ven
 ut impleret Deitas nihil videram petenti ne
 gale perhibetur. Ad Orientem venit anno 1584.
 & illam excepit & complexa est lapponia, quasi
 alterum Danielem, nempe Virum desideriorum.
 Aetas sua florens annos 22. in altibus labori-
 bus exegit: & tam sagaciori respondit cultura:





ex
tempore eiusdem s. v. l. non uoluerunt ut scilicet foris
sunt. tunc s. v. l. uoluerunt ut scilicet foris
ex parte eiusdem s. v. l. non uoluerunt ut scilicet foris
larant ut s. v. l. non uoluerunt ut scilicet foris
culam magno respiciant, quia uisibilis tamen



Mancius Taichicus Iappō. Societ. IESV. è Iapponia proscriptus
inodiū. Fidei qualore & aulibus nauigij colūptus, moritur
Macai. 20. Ian. 1616.

ex maris rariis, aliisque rebus, quibusdam
 L. O. G. I. V. M. X. I. I.
 expectat, hoc exiliū limen teneret, ut foret
 M. A. N. C. I. I.
 T. A. I. C. I. O.

VTò, Iaponiæ Vrbs, Regni Fingi, Mancij
 Taicico patria fuit: qui arte pingendi peri-
 tissimus, ita vt penicillo Zeufim atque Apellem
 propemodū superarit. Vniuersa fermè Iapponiæ
 templa, sacris imaginibus, quas manu expressit,
 exornauit. Sed se ipso præstantior, mistura colo-
 rum longè alia, in animo suo, quasi in tabula pi-
 cturæ aptata, lineas duxit virtutum omnium.
 Hinc verò intuentium oculis Pietas, Religio,
 Charitas, Christiana Humilitas, ad viuum ex-
 pressæ, in ipso repræsentari videbantur.

A Tyranno Daifusama Macaum missus in
 exilium est: & tum satellitum furor, atque eorū
 insolens violentia, qua præsertim icones ab eo
 expectas ausu barbaro & sacrilego passim vio-
 larunt; m.m ei creauit: ex quo etsi aliquan-
 tulum initio respirauit, quia recruduit tamen

48 *Elogia Occisorum in odium Fidei.*

ex maris irati aestu, assiduaque nauigij iactatione; Macaum attingens animam efflauit, quasi expectasset, donec exilij limen teneret, vt sortem promereretur. Mortuus est 20. die mensis Ianuarij, anni 1615. ætatis suæ anno 41. in ita Societatis 8.



V

Totò Japonicæ Urbis Regni Fingit, Mançij
 Taisico præcipue, quæ pingendi per-
 tinentias, ita vt
 adque Apollinem
 præcipue, ita vt
 templis, factis in
 exornant. Sed
 ruan longè alis, in
 quæ apertæ, hæc duxit virtutum omnium.
 Hinc verò inuentum oculis Fictas, Religio,
 Charitas, Christianas Humanitas, ad vitam ex-
 pressæ, in ipso reprobentari videbantur.

A Tyranno Dilectissimis Macaumi missus in
 exilium est: & cum facillimum tutor, atque coram
 insolens violentia, quæ præteritum icones ab eo
 expulsa, cum barbaro & sacrilego-pallium vio-
 larunt; nam ei creatur: ex quo est aduan-
 tum in ita respicitur, quia reprobantur tamen.

ELO-



Faint, illegible text or a caption located below the illustration, possibly containing a name or title.

817



Paulus Riõ in Iappõ Societ. IESV. in exiliũ extra
Lapponiam relegatus in odio Fidei qualore & agulibus
navigij cõsumptis, moritur Manilæ. 17. Febr. 1615.

ELOGIUM XII.

P A V L I
R I O I N .



IN Iaponiæ Oppido Yatzuxiro, Paulus Rioini natus est: humilitatis Christianæ, & religiosæ pietatis sectator eximius: & qui longè inter alios eminebat, quasi ex aliquo sydere procreatus: ideòque nõ Purpuratis Regni modò, sed ipsimet Cubosamæ Tyranno acceptissimus fuit. Adlaboravit annis quadraginta in Societate, & semper quidem euentu prosperrimo: quia sudores eius, vberriimos fructus Fidei Catholicæ pepererunt.

Tandem eadem exilij pœna, qua ceteros Euangelij præcones, Tyrannus eum multauit, odio Religionis, quam voce atque exemplo propagabat. Quocirca, correptus morbo, tum ex laboribus antea actis, tum ex incommoda nauigatione; ad mortem contabuit, ita vt stomachus eger eret quidquid epularum pro refectione su-



G

me-

30 *Elogia Occisorum in vulgum Fidei,*

mebat . Neque opus erat alias dapes apparari ex
huius vitæ officina: quandoquidem solæ rerum
diuinarum deliciae tunc ei conferre ad volupta-
tem animæ videbantur. Maniâ ipsam & ægritu-
dinis acerbitas & desiderium felicitatis æternæ no-
bis eripuit, die 17. mensis Februarij, anni 1615.
ætatis 64.



In lapponis Opido Yaxuico, Radia R. ioin
natus est: humilis Christianus & religiosus
pietatis lector
griuebat, dum
idcirco non parum
Cubolama Tyranno acceptissimus fuit. Adli-
borum ante paratissimus in societate, & sem-
per quidem eorum: propterea: dum ludos
eius, vberissimos fructus fides Catholicæ pæro-
luit.

Tandem eadem exiti perit, dum ceteros
Euangelij præcones, Tyrannus cum malignis
odio Religionis, dum voce atque exemplo pro-
pagabat. Quocirca, corporeus morbo, tum ex
laboribus antea, tum ex incommotis non pa-
tione; ad mortem concipit, us ve Romachus
egerit quidam epularum pro refectione su-

ELO.



Engraving of a religious figure, likely a saint or a high-ranking cleric, standing in a landscape. The figure is dressed in a long, flowing white or light-colored robe with a dark, heavy cloak draped over his shoulders. He has a serious expression and is looking slightly to the right. His right hand is raised, pointing towards the sky, while his left hand is held near his chest. The background shows a landscape with rolling hills, a small building or structure in the distance, and a cloudy sky. The engraving is framed by a simple rectangular border.



Matthias Sanga-Lappo, Societ. IESV, in exiliū extra
 Lapponiam relegatus propter Fidei qualore Cägulhis nauis
 consumptus, moritur Manila. 24. Febr. 1615.

Abhi à Societate IESU. 57
E L O G I U M X I I I .

M A T H I Æ

S A N G A .



CAuachi in Iapponia natus est Mathias Sága: vir, qui modestia ita os & manus composuerat; vt Religiosis exéplo, & spectaculo Ethnicis semper fuerit. Inter ceteras virtutes, fuit obedientiæ perstudiosus, eamque excoluit enixè. Catechistæ munus obiuit fructu magno eorum, quos in Christiana Fide instituebat: sed ardor Charitatis eius morari in vna Vrbe, vnoque circumscribi Regno, non potuit: idcirco diuersa peruagatus, aliquot millia Ethnicorum pertraxit ad Christianam Religionem. Demùm, post viginti & quinque annos in Societate nunquam intermissi laboris, sæuiente adhuc Daifusama, Manilam extorris nauigauit: ibique oblanguescens, potissimum ex maris nausea, cœlique inclementia, triumphanti similis in Cœlum immigrauit, vigesima quarta die mensis Fe-

52 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*
bruarij, anni millesimi sexcentefimi decimi
quinti, dum ageret quadragesimum tertium
ætatis suæ.

M A T H I A M

S A M U E L



... A uachin
... C
... uis d
... lo E
... eis
... dicitur
... Car
... quos
... Char
... scri
... gar
... Chri
... ti
... ter
... Man
... tens
... in
... um
... ELO



ANNO DOMINI MDCCLXXII
MENSIS APRILIS
DIE VIGINTI

1772



Andreas Saitò Iappò, Societ. IESV, in exiliū extra
 Iaponiā relegatus in odiū Fidei Cāgulis nauigij
 cōsumptus moritur. Manilæ. 25 Feb. 1615.

Societate IESU. 531
verò vniuersis die viginti octo mensis Feb.
ELOGIUM XIV.

A N D R E Æ

S A I T O



BVngi natus est Andreas Saitò: Religione,
& Christiana tum paupertate tum humi-
litate, planè vir præcipuus. Annos viginti ad-
laborauit in Societate in excolenda patria,
cum incredibili animarum prouentu: quos ve-
rò adhuc tenerrimos imbuebat in Fide; eisdem
exemplis suis mirè ad constantiam roborabat.
Tyrannus Daifusama Manilam expulit vi-
rum innocentem: quem, statim peracta na-
uigatione, ad præmia Cælum euocauit, labo-
ribus ac triumphis planè grauèm, atque
omninò emeritum. Et fortasse festinato eum
obitu extinxit dolor patriæ supra modum la-
borantis sub Tyranni persecurione. Excessit
verò

54. *Elogia Oecisorum in obitum Fidei,*
 verò e viuis, die vigesima octaua, mensis Fe-
 bruarij, anni millesimi sexcentefimi decimi
 quinti, ætatis suæ anno quadragesimo.

A N D R E A

S A I T O



B Viri natus est Andreas sancto Religione
 & Christianus cum paupertate tam puri-
 tate, plane vir principis. Annos viginti ad-
 laboravit in societate in excolenda patria
 cum incredibili animarum proventu: quos ve-
 rò ad hæc tenentur in pueris in Fide, eodem
 exemplis suis mirè ad constantiam robora-
 Tytannus Dariusque Manliam ex pulis vi-
 riam innocentiem: quem, statim petens na-
 vigatione, ad primis Colaris evocavit, labo-
 ribus ac triumphis plane gratiam, adque
 omnino erant. Et fortasse festinatio eum
 obitu extinxit dolor patriæ super modum la-
 boravit. *Sup. Tyanni persecutione. Excitavit*

ELO.

verò



Handwritten text in a Gothic script, likely a Latin inscription or prayer, located below the illustration. The text is partially obscured and difficult to read due to fading and the style of the script.




Mancius Misloguchi Iappō Societ. IESV, in exiliū relegatus inſtitit Fidei latas in Iapponia, laboribus ærūnisque confectus, in eadē moritur Febr. 1615.

Elogia Societate IESU.

ELOGIUM XV.

M A N C I I

MISSOGUCI.



BVngus, ferax Christianorum Regnum in
Ciuitate Punaënsi, prima Episcoporum
Sede, Mancium Missoguci alta quadã vitæ pro-
bitate præditum, in lucem edidit. Is, cum
iuuentutem diù exercuisset, posteriorem æta-
tem vltimò fatigauit in promouenda pro-
curandaque suæ gentis conuersione. Latuit,
dum Daifusamæ eluuiò grassaretur: vt in æ-
rumnis solatium Christianorum esset, & præ-
sidium ac munimem in ruinis. Neque minui
aut hebescere virtutis eius splendor vnquam
visus est, etsi tenebris vndequaue offunde-
batur: nempè fluuius etiam, qui occultè sub-
terlabitur; purior & clarior permeat in Ocea-
num. Tandem laboribus fractus (quasi aër,
qui interclusus diù, erumpit mole patefacta,
quæ illi superimponitur) liber ex ijs latebris
ad

16 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*
 ad Coelum euolauit, mense Februario, anni
 millesimi sexcentefimi decimi quinti, regnan-
 te Daifufama, atatis anno quadragesimo ter-
 tio, inita Societatis decimo tertio.

M I S S O G V C I



B Vagus, f... in Regnum in
 Civile... Episcoporum
 Sede, Mancum... vnaque vna pro
 pitate praeditum, in... Is, cum
 inuentum diu ex... et... res-
 tem vltimo fatig... in monacha pro-
 curandaque fua... conuentione. Iamq;
 dum Daifufama... graueret: vt in a-
 ruanis solatium Christianorum esset, & pre-
 fidium ac munimentum in ruinis. Nede nunti
 aut hebetere virtutis eius splendor vapuiss
 vltus est, cui tenetur vndepaque offunde-
 bant: nempe fuit etiam, qui occulte sub-
 telabantur; puer & clarior periret in Occi-
 dum. Tandem laboribus fractus (quasi aer,
 qui interclusus diu, erumpit mole patet),
 dux illi... (liber ex iis laetibus)

ELO.




26
P. Mancius Firabayaxi Iappon, Societ IESV, relegatus in exiliū prodiū Fidei latitans in Iapponia, laboribus rerūisque coſectus, moritur Nāgſachi Mart: 1615.

ELOGIUM XVI

P. M A N C I O

FIRABAYAXI.



BVngus similiter gloriatur exultim, alumno
 tam illustri; nempe P. Mancio Firabayaxi
 Quem ex æquo videtur adegisse Patiētia quidem
 vt rigesceret in lapidē; Charitas verò, vt dissolue-
 retur in flammam. Inter inclytas Ethnicorum
 conuersiones consenuit, immò de integro vi-
 guit: quia, imminutis senectute viribus corpo-
 ris, proficere in ministerio animarum deprehen-
 debatur: quasi Virtus, virore ætatis renouato, in
 venis repullulasceret. Hic Daifusamam, cruo-
 rem spumantem, latuit: maluitque inter afflictos
 & concussos Christianos periclitari, quàm segnis
 & de vita sua securus exulare. Sed quem Tyran-
 ni frons iracunda non terruit; mille fatigationes,
 & labores demùm strauerunt, quasi è Cœlo im-
 missi: vt, instar currus, eum triumphantem ad
 sublime Capitolium deportarent. Inter morbi

ELOGIUM



H

acer-

acerbissimos cruciatus, recreauit eum frequenter æternæ felicitatis, ac Deiparæ recordatio: qua vnice mitigatis doloribus, identidem exclamabat cum Iob. *Hæc mihi consolatio, ut affluens me dolore, non parcat* (Iob cap. 6.) Atque in hæc verba dilapsus è corporis custodia, excessit è viuis, mense Martio, anni 1615. ætatis suæ anno 44. initæ Societatis 20.



ELOGIUM XVII.

P. IOANNIS BAPTISTÆ

MACIADO.



A Ngra, Tertiæ Lusitanicæ Insulæ inclyta Ciuitas, quæ vna est ex Accipitrum Insulis, & caput earum; quasi dono dedit Orbi terrarum, ac præsertim Orienti, P. Ioannem Baptistam Maciado, quem alij vocant de Tauora. Eiusdem in lucem editi Gratia fermè obstetrix fuit, & infantulum fouit gremio. Mirum sanè sit, vnum aliquem Insulæ Accipitrem nõ rapuisse eum in Cælum sanctiùs & religiosiùs, quàm olim Aquila Ganimedem. Sed fortasse potuisset Iapponia Auem furti ream ad Numinis tribunal in ius appellare, destituta præfidijs, quæ ab eo sperare potuisset.

Nondum à pueris excesserat, cùm iam, inter ætatis illius leues curas, prodibat flamma excel-
sæ indolis, in animo adhuc latens. Parentum nobilissimorum delicias, & opes Primogeniti to-

tiusque spem familiæ, adhuc immaturus Religioni posthabuit: ex eaque, anno 1601. ad Orientales populos, volatu secundissimo, se contulit. Angebatur animo vehementer, dum gentes illas aspiceret, vel in medio Solis ortu, idololatriæ vrgeri tenebris. Fortunatior alijs regionibus Iaponia fuit, quæ annis octo vsa est viro tam glorioso & hoc spatium quidè angustū fuit, præ augusta pectoris eius latitudine. Sed ille tamen diuinitus in compendium temporis ad eò breuis, labores traxit plurium seculorum.

Daifusama Tyrannus, nondum iracundiam suam aduersus Christum Dominum eiusque Religionem mitigauerat: sed immò sæviebat in dies immaniùs. Attamen Ioannes, Christianorum precibus exoratus, mansit inter eos hac lege, vt publico abstineret. Ergo, nunc tenebris, nunc Iaponico amictu occultatus, omnibus aderat: & mirum est, quantum auxiliij ex eo cuncti susceperint. Iacentes erexit, nutantes sustentauit, fractos & debilitatos diuino refecit epulo: & quibus idololatria innocentiam detraxerat; ijs ipse, per Baptismum, vestem nuptialem Gratia induxit.

Peruenerat tunc fortè in Insulam Gotò, vt Christianos, perpauefactos ob Tyranni persecu-

tionem, animaret ad Fidei constantiam. Cùm
 ecce ibi à delatore proditus est. Irrumpunt in
 eum armati fatellites (dum audit confessiones)
 quibus ille offert manus, atque vltro tendit cer-
 uicem. Ergo catenis oneratus, detruditur in Vo-
 muræ carcerem. Ibi tamen non cessauit à susce-
 pta Dei causa, etiam ex vinculis, promouenda.
 Nam aliquos ibi etiam Christianos fecit: ipsum
 Linum, Urbis & carceris Præfectum, lapsum in
 Fide ita confirmauit, vt suæ ruine scditatem san-
 guine proprio deleuerit. De supplicio suo ad-
 monitus: exultauit præ animi gaudio: atque affir-
 mauit, tres sibi Soles illuxisse illustriores solito,
 in vniuerso vitæ suæ curriculo. Primum videli-
 cet, quando, Conimbricæ, Societati I E S V no-
 men dedit. Alterum quando iniecta sibi fue-
 runt vincula. Tertium & postremum, & quem
 albo signari lapillo cupiebat, eum, in quo mortis
 nuncium accepit.

Itaque Cori, Vicus ignobilis Vomuræ, ex Ioã-
 nis pœna emerfit in claritudinem: ibique res
 miraculo proxima peracta est. Etenim gladius,
 etsi acie acutissima, non nisi tertio ictu, inno-
 centis caput abscidit: vel enim expauit sangui-
 nem veneratione ipsa, vel damnauit, hac execu-
 tionis mora, Tyranni trucem immanitatem.

Collapsam caput recidit in manus eius, nec palma pretiosiore ornari eiusdem manus potuerunt.

Hoc vltimum argumentum deerat, vt nomine, catenis, gladio, Ioannem Baptistam repræsentaret. Fertur diu micuisse sydus supra corpus iam humatum. Exciti ad syderis nitores confluebant Christiani: quos vt abigeret Tyrannus, stolidam barbarie, effosam cadauer præcipitavit in mare. Sedenim locus nimis exiguus videbatur, vt tantam viri gloriam caperet: debuitque in Oceani spatia transferri, vt posset in distitas etiam Mundi oras velificari.

Vigesima secunda die mēsis Maij, anni 1617. ætatis suæ anno 37. inite Societatis 20. de Tyranno Xogunfama, Daifusamæ filio, deque Vomurandono & Liao, triumphavit P. Ioannes Baptista. De cuius obitu inquisiuere Archiepiscopus Manilæ, Episcopus Iapponiæ, & Gubernator Sinenfis Diœcesis: vt effusus in odium Christi, sanguis eius à Sede Apostolica coronaretur.





Leonardus Kimira Lapon. Societ. IESV viuus concremat.
lento igne prodiu Fidei Nangasachi 18. No. an. 1619.

ELOGIUM XVIII.

LEONARDI

KIMVRA.



LYbia, ferarum ferax, Leonem tam generosum numquam genuit: neque Arabia, thuris & balsami ferax, tulit vnquam Nardum tam suauem, quam generosum & fragrantem. Leonardum Nangasachum parturiuit. Odorifera fronde redimitum Leunculum istum Natura è sinu suo effudit: non sine futurae victoriae indicio felici. Immò è genitricis suæ visceribus Phœnix iste tum balsami odores, tum Nardi germina secum eduxit: super quibus exardesceret, & vitali rogo conflagraret, Cœlo renasciturus.

Spatio annorum amplius septem ac decem, quibus in Religione superstes fuit, nullis vnquam pepercit laboribus, vt mederetur afflictæ Iaponiæ grauiſſimis vulneribus. Quam ipse regionem procul à Christi Domini Vexillo agentem, ac velu-

veluti disperfam, quodammodo rugitu Leonis de integro congregauit. Oborto Danufamæ naufragio, delitescere diu non potuit. Etenim ignis flamma proditur; non tamen inundatione illius extingui potuit. Nangafachi coniectus est in carcerem, cuius sceditatem sanctitatis suæ nitore statim vndique collustrauit.

Satellites, loris & catenis tumultuantes, primum coërcuit maiestate, deinde in Christianos vertit, postremò ad perfectionis culmen perduxit: adeò, vt locus antè squalore horribilis, & scelerum laniena, euaserit repentè omnium officina virtutum. Quin etiam, aucta sensim eiusdem loci sanctimonia; erumpere foràs in spatia laxiora mox debuit, & dimanare in alios. Leonardi profusa charitas. Quippè salus impertita alijs, beneficio epistolarum, per Vrbes, per Oppida, volitauit: instar fluminis, quando, liquefcentibus montium niuibus, sumit aquarum incrementa, ac voluens vndas, effunditur super ipsas ripas, camposque obiacentes latè inundat.

Euoluto triennio, Leonardum Præfectus minis adoritur: in eum gladios exerit, flammæque propemodùm accendit: sauiturus contra ipsum, nisi Christum desereret. Sedenim quia inuictus deprehendit, simulans tranquillo vultu, & oc-

culto veneno, illi nociturus, ingentibus promissis animum eius aggreditur. Attamen Leonardus Tyrannum risu increpat, ac versùs flammam stridentes iter arripit: cùmque struem iniectam lignorum, haustu voraci ignis iam accenderet; ipse diù intactus, de rogo & flammis prædicavit: quasi hæ imperium expectarent, vt in eum sæuissent. Ruptis manuum vinculis, collectas vtraque manu prunas capiti venerabundus imposuit more patrio, Psalmum decantans, quo laudare Dominum omnes gentes iubebat.

Circumfusa multitudo, quæ ad spectaculum; obstupuit, & Christum laudibus efferebat. Tandem Leonardus Kimura viuis exarsit, Xogunfamæ iussu, Præsidente Nangasachi Faxegaua Gonroco, 18. die Nouembris, Anni 1619. cùm eius ætas esset annorum 44. ex quibus 17. in Societate I E S U exegerat.

Manilæ Archiepiscopus, & Episcopus Iaponiæ, & Administrator Sinësis Diocesis, autoritate Apostolica in publicas tabulas retulerunt testimonia, missa in Urbem Romam: vt Leonardus, inclytus Martyr oraculo Sanctæ Sedis renunciatur.

nuncietur.
 dus, inclitus Martyr orculo sancte sedis re-
 timone, cunctis in Urbem Romanam, ut Leonar-
 te Apostolica in publicis tabulis residerent re-
 nis, & Administrator sanctis Decretis authori-
 Manile Archiepiscopus, & Episcopus Iapoo-
 in Societate sua exegerat.
 eam eius ante electionem 4. ex quibus 17.
 gans Gortoco, 18. die Novembrii, Anno 1619.
 Xoy unquam nulli, Præfide Nangatachi Tare-
 zepar Tandem Leonardus Kimura viuus exstis-
 tæculum obstituit, & Christianis laudibus ore-
 Circumstantiis notando, que adesse ad se-
 landare Dominum omnes gentes iubebat.
 impeditur more patrio, Placitum decernens, quo
 Gas vitæque manæ prius capiti venerandus
 eum fecerunt. Ruptis manuum vinculis, colle-
 dicitur: quod hæc imperium expectant, ut in
 doret; ipse diu inæquis, de logo & statim præ-
 gram ligentibus, hæc illi voraci ignis iam accen-
 tam stridentes nec arripit; cunctis stridentibus
 bus Tyrannum tuu iactabat, ac versus statim
 is animam eius aggredebant. Accipien facien-
 culo veni ens, illi nocentibus, in genibus prostrat-



Portrait of a seated figure playing a stringed instrument, possibly a lute or similar instrument, in a room with a window. The image is monochrome and appears to be a reproduction of a historical artwork.



Ambrosius Ferdinandus Lusitanus Societ. IESV,
in carcere Vomuræ moritur in odiū Fidei. 6. Ian. 1620.

ELOGIUM XIX.

AMBROSII

FERNANDES.

Ambrosium Fernandes, natione Lusitanum, & virtutum elegantia illustrem, edidit in lucem Portuensis Diocesis vicus non ignobilis Xystus. Nam de illius exortu posset meritò quavis Vrbs magna atque opulenta gloriari. Hic mercaturæ primùm studuit, & in Oriente balthem cinxit, antequàm Religioni consecraretur: eumque postea exiit, seque ad animarum commercia conuertit, per annos 43. quātum laicæ professionis ratio patiebatur. Mulctatus ergastulo est sub Daifusama, cū P. Carolo Spinola: quoniam edicta violauerat, quibus decreuerat Tyrannus, vt Religiosi penitens è Regno pedem efferrent. In ætate plusquàm sexagenaria ceteras mille tolerauit, inediaque perpeffus est, & angustias loci mille animo presentissimo superauit. Tandem, senectute simul & carcere obru-

tus, de manicis & compedibus, deque carceris
 pædore Vomurenſis aſcendit ad aſtra

Cùm in lictores incidiffet, fertur flagrantiffi-
 ma Martyri j cupiditate illicò exariffiſſe. Cuius
 ſupplicij loco, ad biennium in peruia omni aëris
 inclementiæ cuſtodia, non tam vitam traxerat,
 quàm longam mortem expertus fuerat in clarif-
 ſimarum palæſtra virtutum reuinctus catenis
 mille, mira conſtantia perfeuerauit. Feliciter
 obiit, 6. die Ianuarij, anno 1620. ætatis ſuæ 69.
 imperante Xogunſama: deque ipſius ſanctimo-
 nia ſuit inſtituta diſquiſitio, auctoritate Apoſto-
 lica.





P. Eusebius Hieronymus presbitero
in epistola ad Galatas in capitulo 1.º
versu 1.º. Quia non est in vobis
spiritus prophetiae.



P. Emmanuel Barretus Lusitanus Societ. IESV, in exi-
 liū relegatus inodiū Fidei latitans in Iapponia, laboribus
 ærūnis que coſectus in eadē moritur, 11. Mart. 1620.

E L O G I V M X X.

P. E M M A N V E L I S

B A R R E T I.



Pater Emmanuel Barretus, genere Lusitanus, Feriæ natus est, Diœcesis Portuensis. In India Orientali Societatem ingressus est adolescens: studijs litterarum magna ex parte absolutis, in Iapponiam se conuertit: incitatus stimulis religiosæ Charitatis, diuersa Iapponiæ Regna obiuit: tantaque industria in eo Domini agro adlaborauit, annis 30. vt efferatos Iappones aqua lustrali mirum in modum mitigauerit, & ad ferendum Christi iugû summa felicitate disposuerit. Discordes & diuimiles sectas, etsi sermo eorum variaret, ad vnius doctrinæ commercium pertraxit: &, dum pia Christi eloquia fereret, Cœlum eis patefecit. Tandem, sæuiente Daifusama, Macaum relegatus est, ibique rem Iapponiæ familiarem administravit. Reuersus elusit improbos atque immanes eius conatus: & salubriter de-

68 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*

litescens, ibi præstò semper fuit, vbi Christiani à Tyranno exagitari maxime videbantur. Sed persecutionis atque ærumnarum eius male obrutus, postremò decubuit, sacra Eucharistia & alijs Ecelesie munimentis instructus: vt viam iniret æternæ felicitatis, die 11. Martij, anno 1620. ætatis suæ 56. in itæ Societatis 41.





Plumier de l'Académie des Sciences de Paris. L'An 1765. Le 20. Mars. L'Académie des Sciences de Paris. L'An 1765. Le 20. Mars.




P. Ioannes de Fonseca Lusitanus Societ. IESV, in exilium re-
legatus in odium Fidei latitans in Iaponiā laboribus ærūnisque
confectus in eadē moritur. 29. Sept. 1620.

E L O G I U M X X I .

P. I O A N N I S

A E O N S E C A



V Lyssipone, Vrbe Regia, & totius Orientis
 Domina, P. Ioannes à Fonseca natus est:
 ex qua Ciuitate, altrice indolis magnæ, ita simul
 Cæli elementiam, & simul soli amoenitatem, cor-
 pore certatim atque animo hausit; vt omnium
 virtutum varietas in eo florere videretur.

Potuisset summa quæque in eo ampliffi-
 mo Europæ theatro pro Ciuium suorum salu-
 te moliri: verùm Iapponia virum tam inclytum,
 cultoremque adeò nauum & strenuum, Lusita-
 niæ inuidit: eumque annuente Numine ad se
 pertraxit, vt vineam Domini, ibi recenter na-
 tam, à prauis germinibus repurgaret. Con-
 spirare, immò & coniurare in illum Idololatria
 visa est: cùm à primis culturæ eius exordijs
 satis coniecero, quantum Religionis incremen-
 tum ab eo expectari sperarique posset: non

tamen vnquam Tyranni decretum obtinuit, vt is è finibus Iapponiæ proscriberetur.

In Arimensi tractu dilatauit maximè spatium suæ Charitatis, in quo moratus est annos senos ac denos: nec eorum annorum vel diem vnum præterire vnquam passus est, quem non redderet memorabilem beneficio nationis illius. Rudes quosque instruebat Christiana Catechesi: & quæ Fidei nostræ sunt præcipua documenta; ea consignare animis eorum adnitebatur tam altè impressa; vt, si oboriretur persecutionis turbo violentus ac vehemens, non facilè induci, aut aboleri possent. Postquam erant probè instituti in hac salutis nostræ disciplina, abluabat eos lustrali fonte: & in numero eorum constituabat, qui essent, abiurata Idololatria, nouum Dei figmentum, & noua creatura. Dum in his laboribus, egregijs peræquè atque assiduis, iam tot annos exigeret felicissimè; morbum denique contraxit, ex quo sensim defecit, ex persecutionis arumnis, inter quas semper vixerat. Obijt verò consumptus etiam ex pio atque perenni desiderio Martynij, quo semper ardentissimè flagrauerat, 39. die Mensis Septembris, Anni 1620. cum annum ætatis ageret 50. in ita Societatis 32.



Ein Mann mit einem großen Stoßzahn, der sich niederzusetzen
wird, um ein Stück Land zu bebauen.
August 1722



Augultinus Ota Iappon, Societ. IESV, capite
truncatus inodiū Fidei I Kinoximæ. 10.
Augusti 1622

E L O G I V M X X I I .

A V G V S T I N I

O T A .



AVgustinus Ota, ex Gotò Infula editus est in Iapponia: & popularibus suis, impia idolorum superstitione ruentibus in certam animæ perniciem, ope præstantissima subuenit: eorumque salutem, & stans Charitate, ipsis anteposuit tormentis. Ex quo tempore deuouerat se patriæ suæ, exegerat annos viginti: & tum innumeros Ethnicos imbuit Christiana Religione: Neophytos complures erudiuit in Fide: ac demùm, fatigatus ijs assiduis atque ingentibus munijs religiosæ Charitatis, vnà cum Patre Camillo Constatio, oppressus est violentia Ethnicorum Magistratus.

Raptus ad supplicia, districtos gladios non expauit vir fortissimus, & planè dignus, qui, Camillo Duce, Christo Imperatori dimicaret. Quinimmò lictoris gladiū, vibratum in vulnus,

72 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*

ultrò explicata ceruice præuenit. Itaque ei abscissum caput est: & locus certaminis fuit Iquinoxima, Firandi Insula, Tyrannidem exercente Xogunfama. Obijt die 10. Augusti, anno 1622. De illius certamine auctoritate Apostolica inquisitum fuit.





THE HISTORY OF THE REFORMATION OF ENGLAND
IN THE SEVENTEENTH CENTURY



P. Carolus Spinola Genuentis, Societ. IESV, vivus co-
cremat' leto igne prodiu' Fidei Nagasachi 10 Sept. 1622.

ELOGIUM XXIII.

P. CAROLI

SPINOLÆ.



Miror, purpurascere rubos interdum in flores! Hunc non senticosum, sed planè floriferum, nobilissima Italiae Vrbs Genua ex inclyta Spinolarum Familia procreauit: & sanè rosam igneam peperit, qua etiam meruit coronari. Et profectò vnde nam, nisi è spinulis, nasci rosa debuerat? Hanc æquiori iure Natura palàm fecit, spinarum satellitio circumseptam: vt vel eius maiestatem vel pretium ostenderet.

Carolus Spinola, virtutibus copiosis opulentus in paucis, Religionis causa anhelauit ad Orientem. Ex quo verò nauem conscendit, illicò remugijt pelagus, quasi sub tanti viri pondere ac mole gemeret: neque detumuit, donec flectenti ad Bonam Spem, fluctus omnes coniurati opposueremolem vndarum suarum, vt ab Oriente illum auerterent. Venti etiam, quasi fœdere ini-

nito cum iisdem fluctibus, mira conspiratione in Brasiliam eum rapuerunt: vbi mitigata demùm tempestate, quam venti ex aduerso frementes excitauerant, fecere rursus nauigandi potestatem versùs Europam. Credere fas videatur, Barathri Præsides, & eorum nigras acies, cùm à Caroli pietate sibi metuerent; ad arma incitasse ipsum Oceanum. In regressu habuit obuios Anglos pyriticam exercentes: sed magnanimum Spino- lam à proposito periculum tam præsens minimè retardauit. Quocirca, deinceps mari vsus magis tranquillo & propitio, quasi se victum fateretur, tenuit Orientem.

Virum ad gladios & flammam anhelantem, præ incendio Charitatis, ad se Iapponia inuitauit: eamque ipse non passibus magis, quàm victorijs perlustrauit. Hoc Ethnici etiam, hoc Bonij eiurata idolorum superstitione testantur. Sed (proh dolor!) turbauerat armis infensis Tyránus Daifusama pacem Christianorum: & peculiari- ter Neophytos, nondùm maturos ad Cælum, neque certamini pares, deserere conflictum, Carolus indoluerat: cùm ipsum etiam in ca- tenis constitutum aspexit Vomura. Hic quid- quid est ærumnarum quadrienno expertus, ac tandem in spectacula eum Olympus postu- lauit

lanit Nangafachum : vbi arsit lento igne, vt pugna eius diutiùs protraheretur, vel ne, laxatis igni habenis, momento temporis inclytus eius spiritus de medio eriperetur.

Antequàm certamen iniret, mente animoque pulchrum fecum ipse consilium gloriæ agitauerat. Voluisset enim, quando rogum intrauit, candidum sibi tradi vexillum, vt illud figeret in medijs flammis quasi de hoste trophæum : sed tyrannica crudelitas, ne palàm se victam fateretur, in manibus eius infringi eam palmam iussit. Nihilominùs, religatus ad palum Carolus, inuisum se planè ostendit. Nam multa præclarè dixit, verè ardens Orator, de Fide, de Christo, & de constantia : & visus est circumiectas sibi flammâs, quasi rosas & quasi corollas amplecti, eas in odiù Christianæ Fidei admotas perferèdo. Denique Psalmos Dauidis decâtans, solutus in cineres est vir æternitate dignus, 10. die Septembris, Anni 1622. cùm ageret ætatis suæ annum 48. Societatis verò inita trigesimum octauum, & in Iapponia fuisset annos viginti, iam olim quatuor solemnia vota professus.

In eius comitatu arserè iisdem flammis viginti duo, partim Religiosi partim Laici, & ferro iugulum obtulere triginta. Ex quo vtroque nu-

mero Societas IESU nouem Ordinis sui alu-
 nos habuit; deque omnibus referri in publicas
 tabulas auctoritate Apostolica iusserunt Archie-
 piscopus Manilæ, & Episcopus Iaponiæ, &
 Administra tor Sinensis Diœcesis.





Handwritten text, possibly a signature or a title, located below the illustration. The text is written in a cursive script and is difficult to decipher due to its faintness and the texture of the paper.




P. Sebastianus Kimmira Iappō, Societ. IESV, vivus cōcremat⁹
lento igne prodiū Fider. Nangalachi, 10. Sept. 1622.

ELOGIUM XXIV.

P. SEBASTIANI

KIMURA.



Sebastiani Kimura ortus Firandú in Iapponia nobilitavit: eiusq; vnius partus, etiamsi deessent alij, posset satis abundè Insulam illam illustrare. Omnibus laboribus & periculis superior semper fuit, neque ijs vñquam frangi aut debilitari eius constantia potuit. Quinimò, vbi de animarum salute agebatur, discrimina ipsa eum fortiorem atque audaciorem reddebant.


Messis vberimæ, quam in horreum Christi intulit, argumentum esse possunt anni 40. quos inter Ethnicorum dolos, & pericula Christianorum, exegit: quo spatio temporis plurimos Iappones lucrata est Christo Domino actuosa eius Charitas: superfuere tamen, quos post eum Socij iugo Fidei subigerent.

Prima Sacerdotij maiestas, & primus ille vir
quem

quem Xauerij manus Christianę Religionis consecrauerunt. non parum auxerunt Sebastiani gloriam. Nam ex eo ipse originem inclytus nepos ducebat. Etenim ex ea primaria familia non pauci in odium Christi sanguinem profuderunt: vt dicere oporteat, in ea vel nasci palmas, vel acui & cruore mergi secures, vel hereditario iure triumphos reportari.

Vomura biennio eum in catenis habuit: posteaque Nangasachum subiecit ignes, quibus viuus conflagrauit, ætatis suæ anno 57. in ita Societatis 40. Videbantur Charitate ardenti Christianorum restingui incendia Tyranni: quia inter ignes facundior Sebastianus de Christo adhuc loquebatur. Huius immanitatis auctor fuit Xogunsama, præfuitque Faxegaua Gonroco, 10. die Septembris, anni 1622.








Antonius Kiuni Iappō Societ. IESV. vivus cōcremat^o
 lento igne in odtū Fidei Nangalachi. 10. Sept. 1622.

ELOGIUM XXV.

ANTONII

KIUNI.



Micaua, Iapponiæ Regnum, genuit Antonium Kiuni, tolerantia laborum, atque exemplo virtutum omnium, in paucis inclytum.

Hic patriæ suæ magnum adiumentum fuit: sed illa, non sine insigni nota ingrati animi, eum exulem Macaum eiecit, imperrium obtinente Daifufama. Vicit nihilominus amor patriæ: quia reuersus ab exilio Antonius auxiliatrices manus obiecit Idololatriæ, atque eius. progressiones stetit & conatus prohibuit: ratus dulce decorum, ac pro patria in discrimen ad duci.

E' medijs Nangafachi arenis, montis iugum exurgere, atque in Cœlum extolli perhibent, opacum ac virens, vertice nemoroso. Illuc vnà cum Petro Sampò, Gondifalo Fufai, & Michaële Xumpò, Antonius conscendit: non pauore aliquo consternatus: sed eo consilio po-



L. tius,

tius, v. se pro patriæ bono diù seruarent. Rapto & lucro vivebat animarum: cum enim nox appeteret, ad primas tenebras se in ima referebat: & fremente incassum Tyranno, capta Christianorum præda, tamquam in arcem cum ea remeabat. In montis fastigio Cœlum ei propinquum erat: ibi commercia gentis suæ ad frugem animæ disponebat. cōsultis Superis ac Deo. Pulchrum enim uerò erat, apparere interdium neminem, silere omnia horrore solitudinis: posteaque in adeuntium animos influere tacitam Religionem, ac de cordibus eorum noctu vibrari flammæ, quasi astrorum æmulatione, mentes suspirijs æstare, manare imbres lacrymarum, & sacrorum hymnorum cantu interim undique auras mulceri: cum incredibili eorum, qui intererant, animi iucunditate.

Tandem (vt nihil tam altè natura constituit, quò non peruadat vis & immanitas Tyranni, quando stultitia sua Cœlum audet impetere atque adoriri) Antonius, cum sodalibus suis, ex eo veluti nubium sinu extrahitur, & rapitur præceps ad carcerem: ex quo eductus Caroli Spinolæ inclytus comes, lento igne etiam ipse conflagrauit, ætatis suæ anno 50. (Regnabat Xogunfama, præsidebat Faxegaua Gonroco) 10. die Septembris Anni 1622.



Dieß ist ein Bildt des heiligen Hieronymi
der in der Wüste lebte und die
Wüste liebte.



Petrus Sampòlappò, Societ. IESU viuis cōcremat^r
lēto igne inodiū Fidei Nangalachi. 10 Sept. 1622.

ELOGIUM XXVI.

P E T R I

S A M P O .



OXu in Iapponia, Petri Sampò natale solum fuit: quem omnibus Natura dotibus exornavit, adeò ut virtutum eius splendori non defuerit etiam sanguinis claritudo: quamobrem Iapponiæ Principes ipsum habuerè in existimatione præcipua. Sed ille has gentis suæ illecebras, subdolas & captiosas, impetu mirabili quasi nodos remorantes abruptit feliciùs, quàm Alexandri gladio, hoc est vberiori lucro. Si enim mortales eas generis exuuias, & fallaces mundi phaleras, posuit exuitque; veram immortalitatem, & pretiosioremi animi supellectilem, cùm tenui amiculo Societatis assumpsit, cum eoque IESU ipsum induit.

Non ità multò post, exilium pro Christo cumulavit gloriam eius: ex quo studium animarum ad patriam rursùs eum reduxit. Abstiniuit ta-

*

L

z

men

men publico ipse congressu, atque in montem asperum, & inhospitalem abdidit se, donec persecutionis nimbus in Ciuitate desæuaret: solitudinemque sibi, & popularibus suis ad tempus posse prodesse interpretatus est: attamen illuc etiam tempestas ingruere demùm cœpit. Abripitur itaque è latebris illis, & in Vomuræ carcerem conijcitur: inde Nangasachum trahitur, ibique lento flammaram cruciatu exanimatus est 10. die Septembris, Psalmos Davidis cum Socijs decantans, Anni 1622. quadragenario maior, Tyranno Xogunsama, Præside Faxegaua.





THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS
CHICAGO, ILL. U.S.A.



Guindisaluus furai Iappon, Societ. IESV, ritus con-
crematus in oditu. Fidei. Nāgasacki, 10. Sept. 1622.

ELOGIUM XXVII.

G V N D I S A L I

F V S A I



BIgeni in Iapponia natus Gundifalus Fufai, virtutumque omnium opibus instructus, patriæ auxilium præbuit, ex vesania idolorum, tamquam mentis delirio ægrotanti. Is, vnà cum Sacerdotibus alijs Nostræ Societatis, ablegatus est Macaum: sed flagrans patriæ amor repulsam non est passus.

Redijt: aspera atque inculta rupe abditus est: & cum Antonio Kiuni ad ima descendens, capta Christianorum præda, ad montem cum ea remeabat: more nobilissimarum ferarum, quæ ex denso nemorum saltu, nocte ingruente, in apertos agros emergunt, prædas agunt, easque deferunt ad cubilia.

Attamen inde Vomuram raptus in vincula est, post catenarum nexus, vnà cum acie inuicta sociorum, duce Carolo Spinola, in ardentem ro-

84 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*
 gum coniectus est. Etsi verò flammæ paulatim
 corpus concremarunt, spiritum tamen expia-
 tum Cœlo intulere (sicut Eliam curtus igneus,
 è conspectu Elisei, olim rapuit) 10. die Septem-
 bris, Anno salutis 1622. ætatis suæ 40. Rege Xo-
 gunfama, Iudice Faxegaua.





Michael X...
...



18
Michael Xumpò Lappò Societ. IESV. vivus cōcre-
matus lento igne in odiū Fidei Nangalachi 10 Sept. 1622

ELOGIUM XXVIII.

MICHAËLIS

XV M P O.



O Arium in Iaponia Michaëlem Xumpo in lucem protulit. qui vix duodennis erat, quando, æqualibus suis valedicens, Seminarium iniuit: Si quæras, cur ad eò matutinus consilia vitæ melioris iniuerit; scies, ipsam adhuc in vtero à parentibus Numini ac Cœlo fuisse dedicatum. Quocirca priùs quodammodo Deo vixit, quàm labia vberibus maternis admouerit: nec decipiar, si dixerò, plus in infantia sanctitatis, quàm lactis eum ebibisse. Cum annis virtutes certatim incrementa sumebant: sed interim eum Daifusama, vnà cum Fidei Magistris, Macaum eliminavit.

Inde amor Patriæ, procumbentis in interitum, eum ad se illicò reuocauit: quam graui decreto Tyranni prohibitus est ingredi: latuitque in nemore montis, Nangasacho propinqui, vt per

in-

insidias, saltem, quibus Tyranni conatus eluderet,
 Patriæ opitularetur: ac simul, vt Iappones intelli-
 gerent, blanda ingenia ferarum experiri eum;
 quem homines arcebant. Demùm, in eo saltu
 interceptum, ad carceres Vomurę traxerunt eum
 carnifices: & mox in flammam egerunt, in quibus
 diù superstes fuit: ex Christiana Fide nouum
 semper hauriens vigorem, vt tormentis insulta-
 ret. 10. die Septembris, Anno salutis 1622. æta-
 tis suæ 33. Imperabat Xogunfama; præsidebat
 Faxegaua.





THE END OF THE WORLD
AND THE RESURRECTION OF THE DEAD



Thomas Acatōxi i Lappon Societ. IESV, vivus con
cremat' lento igne i roditi Fidei i Nāgalachi, 10 Sept. 1622

ELOGIUM XXIX.

THOMÆ

A. C. A. F. O. X. I.



Fingus in Iapponia de Thomæ Acafoxi natalibus gloriatur meritò: is cruentæ militiæ balteo insignitus pro Christo, sub cuius meruit signis, militiæ genus comutauit felicissimè. Nam, cum antea manu inuictus multos cofodisset; deinceps inter inuictas Christi acies doctrina cœlesti plurimos ab interitu animæ vindicauit. Pro thorace & lorica, virtutis armaturam induit, neque alius audior aut expeditior, per varios Regionis tractus, causa Ethnicorum conuertendorum, vnquam discurrit.

Iamque inclyti, Operarij famam sibi apud homines conciliauerat, cum Tyrannus intercessit, ac Manila eum solum vertere coëgit. Repetijt nihilominus Patriam incredibili constantia: ac demùm Patris Sebastiani Kimuræ cõtubernio vtens (pro Dogico, idest Catechista,

feu familiari) unã cum eo captus est. Admirare Thomæ Martyrij desiderium. Qui Patrem comprehenderunt, trahebant in vincula adolescentem domus administrum, eum Dogicus foret, Thoma quid ageretur ignaro: at, comperto quod erat, curriculo vestigijs illorum institit, & iuvenem raptantes assequutus, impavidus & constans animo: Sistite gradum lictores, inquit, hæc vincula, hæc catenæ Dogico Patris debentur, non famulo: vincite me, & hunc missum facite. Dictum factum. mansit in vinculis Thomas per biennium, & lento igne consumptus est, cum flammæ ipsæ sensum doloris præferrent, quo Tyrannus penitus exuebatur. Resolutus est in cineres, 10. die Septembris, anni salutis 1622. ætatis 50. exercente Tyrannidem Xogunfama, cum Præsidente Faxegaua. Auctoritate Apostolica inquisitum est in eius lauream.





Ein Bildnis eines Mannes, der einen Stab hält, steht vor einem großen Baum. Die Szene ist in einem blauen Farbton gehalten.



Ludouicus Cauàra Iappon, Societ IE. SV. vi-
uus cōcrema lēto igne in odiū Fidei Nāgalachi. Sept. 1622

ELOGIUM XX.

LUDOVICI

CAVARA.



A Riye in Iapponia fuit Ludouici Cauara patria: quem cum neque metu iniecto, neque precibus aut illecebris, exorare potuisset Arimandonus Princeps, in cuius famulatu erat; à conspectu suo dimisit, bonis etiam conscriptis. Sed opum cœlestium heredem interim Deus eum instituit. Quapropter, cum Ludouicum nulla iam rerum caducarum remora retardaret; Christi athleta in Religionis arena plusquam gigatea fixit vestigia. Quam ob causam tertio iniectæ manus in eum fuerunt, & silentium ei Tyrannus imperavit: sed respondit ipse, qui in supremi Legislatoris verba iurauerat; verbum Dei legibus Tyrannorum minimè alligari, neque frenum pati posse linguam Christianorum in ijs, quæ ad Dei gloriam pertinent: siquidem linguis Natura mutis vocibus etiam exprimere

atque enunciare Deum solet! Tantam animi constantiam barbarus Tyrannus vinculis & lento igne castigavit: sed in Ludouico patientia tormentorum certare visa est cum ea verborum constantia. Pœnarum societas cum Carolo Spinola vim & animum in eo auxit. Excēsserat iam annum vitæ 40. Obijt die 10. Septembris, anno salutis 1602. sub Xogunfama Imperatore, & Faxegaua Iudice.





Le grand Chancelier Jappot, Comte de Vercennes
Le grand Maître de l'Ordre de Malthe, Vassal de St. Louis

31




Ioannes Chungòcu Iappon, Societ. IESV, capite
truncatus propterea Fidei Nāgālahi · 10. Sept. 1622.

ELOGIVM XXXI.

IOANNIS

CHVNGOCV.



Agnoscit Ioannem Chungocu alumnum suum in Iapponia Yamanguchium Annis viginti obiuit strenuè procurationè animarum: coque temporis interuallo , pulcher doctrinæ munijs apparuit, quibus tamen minimè contentus fuit eius ingens animus . Quippè morbo afflatis affidebat , quasi auicula circa nidulum : & dum corporibus ægris mederetur , spiritu Dei animos persanabat.

Dum hoc pacto per spatia Charitatis vagaretur benefaciendo, vincula Tyranni eum illigarunt: & cùm in carcere quadriennio exsaturatus ærumnis esset, quas epulas suas, & suas esse delicias interpretabatur, tandem in arenam processit. Nangasachi littus vniuersum conflagrabit incendijs Christianorum, & bellatores inclytos passim flamma populabatur: ea tamen fortasse me-

96 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*

tu consternata solum Ioanni defuit, Verum non propterea gladius defuit iugulo eius, ne desset illi gloria; eorde magno excepit vulnus letale 10. die Septembris Anno salutis 1622. cum ageret annum 40. Xogunfamæ, & Faxegaue iussu; inque obitum eius auctoritate Apostolica inquisitum fuit.





Pl. familiae Convolvitaceae, n. 10. 1822
Linnæus, Systema Naturae, 12th ed., p. 1022.
1822



P. Camillus Constantius Italus, Societ. IESV, vivus con-
crematus lento igne in odium Fidei Firandi 15 Sept.

1622

ELOGIVM XXXII.

PATRIS CAMILLI

CONSTANTII.



Patrem Camillum Constantium, natione Italum, Consentia Vrbs Neapolitani Regni partu felici edidit. Tanti nominis mensuram egregiè impleuit. Nec ab eius significatione, vnquam degenerauit. Immò superauit eam etiam animi magnitudine, & gloria rerum gestarum. Italiæ valedicens versus Orientem profectus est. Inter alios verò Asiæ Principatus, Iapponia locus fuit certaminum eius, & theatrum gloriæ, in quo trophæum æternitati consecraret. Initio impendit operam omnem, vt in Chronicis, & in Sectislapponum euaderet peritissimus: quò ita fabularum eius Regionis lacunã exhauriret, & ad limpidissimas Christi aquas cunctos inuitaret: gentemque superbientem inijs figmentis suis met ipsorum armis conficeret, ac domaret.

Daifufama virum egregium ad Macai exilium amandauit: sed ille, peregrino vestium schemate indutus, illicò reuersus est, & rursus extulit Religionis vexillum. Peculiariter ad Firandum procurrit, quæ Prouincia ipsi fuerat delegata: eamque, dum turpem à Christo defectionem iam meditaretur, præsentia sua restituit.

Enimuerò victorias mille ab idolis Constantius reportare potuisset, vniuersamque Iaponiam Fidei iugo subigere; nisi à Gotò Insula, perfidia proditus fuisset. Postremò damnatus ad rogam Camillus fuit, ideoque diù, quasi inter flammam vigeret, partim Hollandis hæreticis, qui intererant, Romanam Ecclesiam; partim Iaponibus Christianam Religionem, prorsus ardenti oratione suavit. Notabile illud fuit: in cineres collapsum in flammis ter congeminasse Sanctus, Sanctus, Sanctus, quasi non in rogo esset, sed iam tum in Cælo ageret, Deique conspectu ibi frueretur, vbi Seraphin Deum simili acclamatione consalutant.

15. die Septembris 1622. Xogunfamam superauit ætatis suæ anno 50. in itæ Societatis 30. Professus quatuor votorum. Inquisitum est auctoritate Apostolica in eius lauream.



Peter Paul Rubens, *Die Kreuzigung Christi*, 1633
Köln, St. Ursula, 1633




P. Petrus Paulus Nauarrus Italus Societ. IESV. vius
cōcremat in odium Fidei Ximābræ, 1 Nou. 1622.

ELOGIUM XXXIII.

P. PETRI PAULI

NAVARRI.



L Ainum, Regni Neapolitani oppidú, Orienti dedit P. Petrum Paulum Nauarrum, anno 1584. virum sanctimonia insignem, & famarum gestarum apud absentes etiam celebrem, atque omninò venerabilem. In ipsis primis exordijs Iaponicę expeditionis, à se authore Deo susceptę, idioma Regionis statim ita calluit; vt elegantia & lenocinio sermonis complures illexerit, per annos sex ac triginta, ad Christianam Religionem, non sine ingenti animarum proventu.

Primus è numero Sacerdotum Yiju Regni claustra perrupit ac penetrauit, atque intactas antea hominum aures sacra imbuit doctrina: animos accolarum ad omnem pietatem inflexit, & cęlesti rore mentes eorum irrigauit. Exorto persecutionis turbine, eum scrobe tumultum



N

ope

operuit ac seruauit Charitas, donec impetus Ty-
 ranni paulatim remitteret: & tum emerfit rursus
 ad opus animarum; sed aliquantò post, dum Ari-
 mæ Regionem perlustraret, in manus incidit fa-
 tellitum armatorum. Quare, catenis obstrictus,
 Bugundono Arimæ Principi obtulit etiam ma-
 nu reuincta libellum, in quo subdolas & men-
 daces Hollandorum rationes circa Fidem Ca-
 tholicam, & circa Patrum Societatis IESU in-
 gressum in Iapponiam, mira ingenij acie non
 solum euertit; sed penitus diluit, sententiarum
 momentis, & Scripturæ Sacræ oraculis. Denique,
 iubente iniquissimo Xogunsama, ad rogû dam-
 natus est, & purissimus eius spiritus cum igne in
 Cœlum ascendit, 1. die Nouembris, anni salutis
 1622. Agebat iam vitæ annum 60. in ita Socie-
 tatis 43 professus quatuor votorum. Romana
 Ecclesia inquiri iussit de certamine eius, ut possit
 tempore suo de corona illius deliberare.



THE HISTORY OF THE REFORMATION OF GREAT BRITAIN
IN THE SIXTEENTH CENTURY



Dionysius Fugixima Iappon Societ. IESV viuus con-
cremat in odium Fidei, Ximabaræ 1. Nou. 1622.

ELOGIUM XXIV.

DIONYSII

FUGIXIMA


Arima habuit Dionysius Fugixima natali
 solum, ibique inter spinas Idololatriæ flos
 candidissimus germinavit. Illum à pueritia di-
 uinis rebus impensè deditum Pietas & Oratio in-
 filium veluti adoptauerunt. Consanguinei machi-
 nas omnes adhibuerunt, vt à Christi Domini
 cultu eum reprehenderent retraherentque: sed
 frustrà concussere adamantinum eius pectus, quàm
 importunis precibus, quàm terroribus & minis.

Nā ille incredibili robore ac virtute retūdere
 visus est nefarios eos conatus: indignè admo-
 dum ferēs, Naturam sibi miscuisse sanguinem ac
 genus cum ijs hominibus, qui tam iniqua suade-
 rent: adeò vt fermè metueret, ne impietatis ve-
 nenum ab eis cum vita hāuisset. Vt ergo dein-
 cept securior esset, è conspectu eorum se se pro-
 priuit: & verborum sibila virosa declinauit, ne

ad cor per aures, cum animæ perniciæ, sensim per-
uaderent. Prudenter vero egit Dionysius: quia
infringere lapides floresque arefacere solo halitu,
& sine contactu, basilisci solent.

Multos per annos, Patris Petri Pauli Nauarri
adhæsit lateri, & cum eo patriæ salutis operam
dedit. Sed, quando illum absens intellexit fuisse
in vincula coniectum; studio tantæ gloriæ in-
census, statim occurrit, ac Tyranno pro tribu-
nali agentis causas Christianorum, spontè adfuit
voluntarius Fidei professor: ab eoque non cate-
nas dumtaxat, sed flammæ etiam perpessus est,
mira constantia, 1. die Nouembris anni salutis
1622. cum ageret annum 31. Theatrum virtu-
tis eius Ximabara fuit: Tyrannus Xogunsama,
& Bungundonus Princeps Arimæ.







Petrus Onizuca Iappon, Societ. IESV, vivus cōcrema-
tur in odium Fidei Ximabarae, 1 Nou. 1622.

ELOGIVM XXXV.

P E T R I

O N I Z U C A .




ARima etiam Petri Onizuca patria fuit: quæ
 è matris complexu translatum ad Collegia
 inuentutis, educauere Patres Societatis: non sine
 quadam præfagitione atque indicio futuræ eius
 felicitatis. Nempè leunculi lambentes vbera, vn-
 gue ac fremitu: aquilarum verò pulli, etiam im-
 plumes, oculorum acie prænoscentur.

Sola virtutum maximarum indole, non sine
 æmulatione æqualium, anteibat omnes: & mira-
 bantur cuncti, modestiam & maturitatem ætatis
 primæ tenerrimos annos anteuertere. Nec peri-
 culum fuit vnquam, ne tanta morum harmonia,
 inter dubios casus & acerbos, audiretur vel mi-
 nimùm absonare.

Oblata salutis occasione, popularibus suis
 opem semper tulit: donec tandem eadem, quæ
 P. Petrum Paulum Nauarum, vincula ipsum ad-
 strin-

strinxerunt. Immò & eadem flamma demùm,
 etsi lenta & diuturna, combussit: iubentibus Ty-
 rannis Xogunfama & Bungundono. Præcesserat
 atrox, atque acerrima concertatio de Fide Chri-
 stiana deserenda, sed ad Petri constantiam omnis
 ea vis defecit. Illum è carcere ad supplicia de-
 duxere Christianorum acclamationes, pio & sua-
 ui cantu: cùm ipse interim cygni exitum imita-
 retur, ac modulatiùs & numerosiùs personaret.
 Ethnicis ipsis admirantibus tam effusam, vel in
 ipsa morte, lætitiã, ita sanctissimè obiit, 1. die
 Nouembris, Anni 1622. cùm vixisset annos
 tantùm 18.





Bezeichnet die Art und Weise, wie die Seele in den Körper
eingeht, und die Art und Weise, wie die Seele aus dem Körper
ausgeht.



P. Hieronymus de Angelis Siculus, Societ. IESU viuus con-
crematus in odium Fidei Yendi, 4. Decemb. 1623.

ELOGIVM XXXVI.

P. HIERONYMI

DE ANGELIS.

ST. FRANCIS XAVIERS

COLLEGE

FATHER'S LIBRARY,

80 WEST 18TH ST.



ENna, Prouinciæ Siculæ oppidum, P. Hieronymum de Angelis in lucem protulit: viderique Cœli æmula propemodùm potuit ex fortu tam glorioso. Indicium viri, et futuræ sanctitatis eius illud esse poterit; quòd cognomen tum habuerit cõmune ipsismet cœlicolis. Equidem piè interpretor, vnumquemque cœlitum sibi optasse Hieronymum recenter natum: sed ne dissidium inter eos in cœlo esset, conuenisse inuicem, vt inter homines ageret potiùs, & nulli obstrictus, sed omnibus communis viueret. Si verbis audacia detur, Hieronymum superasse Angelos dixerim. Horum eorum quilibet, animæ vnus dumtaxat procurationem gerit: at Hieronymus multa animarum millia humero suo sustentauit.

Flammas à Seraphim hausit, quæ altiùs in eius

cuius pectus descenderunt: & has ipse Oceano æstuantanti opposuit, qui vndis suis tumefcentibus Hieronymo diù restitit, ac renauigare eum coëgit: sed oppugnationis ista ad gloriam fuit: eodem enim exitu, quo Carolus Spinola frementem ac reluctantem Oceanum subegit. Porro eas flammæ cœlitus missas, anno 1596. in Orientem intulit, atque in Iapponiæ Regna introduxit, vbi ad animarum salutem incendia Charitatis passim dispensauit.

Sed & illud simile igni habuit Hieronymus; quòd nūquàm quiesceret, nisi exitum latè haberet. Alimenta enim cœlitus ad se deriuans, in extremos fines, per medias Iapponiæ prouincias, felicissimè peruadens, atque inuisens omnium illarum Imperia gentium, Insularum littora imperua, iuga montium prærupta, nemora deserta, & loca situ squalentia, cum vberrimo salutis fructu penetrauit. In qua re Mæandri vel Nili naturam est imitatus: qui modò se in stagna effundunt, modò arenis sorbentur, sæpiùs per spatia immensa effunduntur: & postquam omnia latè inundauerint, Apamæam vel Ægyptum incremento aquarum ferocissimo, in spem frugis & messis, fecundant.

Quamquàm, in tam ampla & propemodùm

immensa regione referuauit sibi Vrbes Regias, Sarungam, Yendum, nempe Regum domicilia. Quia, vti magnanimus Leo, non nisi in prædas generosiores fremere consueuerat: quinimò angustam Iapponiã interpretabatur esse, pro animi sui magnitudine: voluissetque fines eos transilire, ac dilatare magis & magis suæ spatia Charitatis. Tartaros, etsi ferè extra Naturam positos, gentem videlicet, vti appellatio nominis præfert, barbaram, præferocem (verbo dicam, tartaream) primis Euangelij nuncijs mitigauit.

Reuersus eò, vnde illuc immigrauerat, adeò impensè laborauit in ea Domini vinea excolenda, vt Oxu tantummodò vltra dena hominum millia in album Christifidelium transcripsit.

Tandem in Imperatoria Vrbe Xogunfama Tyrannus Hieronymum latere intellexit: nec enim poterat Christi bonus odor fragrantiam suam vbique non inhalare. Barbara igitur perquisitione vestigat latebras, Christianos afficit supplicijs, atque infestis armis vniuersam exterret Ciuitatem. Pudit Hieronymum, ita prouocatum, statim ad pugnam non prodire: itaque, ne hanc Tyranno gloriam relinqueret, quasi terrori esse videretur, profiluit è latebris, atque

obuius Gubernatori fuit. Is nimirum erat, qui posset Monarchas & Tyrannos contemnere, eorumque adoriri trucem immanitatem. Christum enunciat, de aeterna salute differit, tristium & laetorum scenam proponit, impijs & probis aliquando subeundam: sed, cum Tyrannus pergeret nihilominus delirare; praedicationis huius premium catenae fuerunt & flammae. Vniuersa aula, e speculis, eius agonem spectauit: nec potuit pulchrius perire. Itaque, inter quinquaginta Christi Bellatores, viuis crematus est: atque ex rogo multa dixit, donec lingua in cineres soluta est: cum ageret aetatis annum 56. ab inita Societate 38. in Iapponia 22. iam olim quatuor solennia vota professus, sub Xogunfama Tyranno, 4. die Decembris, anno salutis 1633. De Hieronymo, ac de Socio eius, deque eorum felici exitu, Manilae ac Iapponiae Praefules auctoritate Apostolica inquisuerunt.





Printed and Sold by J. B. R. V. in the Strand
at the Sign of the Crown, in the Strand, London.




Simō Yempò Iappon Societ. IESV, vivus concre-
mat in odium Fidei Yendi, 4. Decemb. 1623.

ELOGIVM XXXVII.

S I M O N I S

Y E M P O .



Societati I E S V, infudanti atque ingemiscenti sub laborum pondere, Simonem Yempò, veluti auxiliarem, Fingus misit. Virtus oneri par in eo renituit, & praestans eloquentia, qua in primis excelluit. Testes huius rei compello Ethnicorum complures, & Bonfios singillatim: qui, etsi ceruice inflata & tumida erant; sub Christi iugo victi manus supplices dederunt.

In Daifusamæ turbine, non potuit Manile non naufragari: sed reuersus tamen in patriam est, & cum ipso clam P. Hieronymus de Angelis longas ambages suarum peregrinationum partitus est. Ne autem obuersaretur aliquid, quod sub tali duce aggredi aut moliri non auderet; vnà cum P. Hieronymo ad Tyrannum ingressus est: vt, quem fuerat confectatus in munijs arduis, pro animarum procuratione; eundem per æstus ahe-

los, per niues squalentes, & per flammam, usque
ad Superos confectaretur. Yendi, Vrbe Regia,
4. die Decembris anni salutis 1623. in rogo ar-
sit, ætatis suæ anno 48. Eius & P. Hierony-
mi capita, erepta flammis, Macaum sunt transla-
ta: ibique seruantur honorificè, donec eis aureo-
lam Romana Ecclesia decernat.





F. H. ...
...
...



P. Didacus Caruallius Lusitanus Societ IESV nudus in
glaciales undas in icclus in odium Fidei, ibi detentus usque
ad mortem Xendai. 22. Febr. 1624 .

ELOGIVM XXXVIII.

P. DIDACI CARVALLII, SIVE

A. Q. V. E. R. C. V.



Alumno tam insigni gloriatur Conimbrica
 Vrbs, nostræ Lusitaniæ decus, & splendor:
 & Monda, inter salices fluens, Quereus istius ra-
 dices aquarum suarum osculo veluti libasse, plu-
 ris æstimat, quàm, si pleno auri alveo in Ocea-
 num laberetur. Miror magis, inter exiles fruti-
 ces, quasi herbarum & germinum Pygmæos,
 Quercum adeò sublimem & proceram aluisse
 instar Gigantis. Nimirum hoc egit, ut Didaci
 alumni sui magnitudo paterneret: qui inter alios
 tantum excelluit, quantum lenta solent inter
 viburna cupressi.

Hoc tamen facto præclare animaduerto, ad-
 gelidum & lenem Monda tractum germinasse,
 ut in vndis proluderet quæ erat moliturus ad
 aquas & nives Iapponicas. Etenim in Iapponiam
 demigravit anno 1600.

Quia

Quindecim annorum spatio, nulli labores, nulla discrimina exfatigare amplum eius pectus potuerunt, nullæque animarum myriades eum unquam fatigauerunt: quasi Oceani conditionem æmularetur, qui noua fluiuorum & torrentium accessione nunquam exundat. Ad Maccaum secessit exul egregius: dum Daifusama Tyrannus odia & venena sua in Christianos euomeret. Ne autem otio torpesceret eius Charitas, ad Cocincinam penetrauit, ibique à primis initijs Ecclesiam illam condidit. Sed oborta persecutione, in Iaponiam occultis itineribus remigrauit.

Mirum dictu est, quo pacto incallescere de integro ardor animarum ex eius presentia inceperit. Inenarrabili celeritate Vrbes, Regna, Imperia peragrauit. Nullus gemere audiebatur, cui non condoleret: nullus nutare aut labi incipiebat, in cuius complexum non statim proueret: sicut nullus ad vitæ fontem, in quem non effunderet diuinos Baptismi latices. A P. Hieronymo de Angelis tertio missus est ad Orientales Tartaros, & innatam eorum barbariem Missæ sacrificio primus Numini consecrauit. Aquitæ etiam & Xemboci Ecclesias erexit, atque instituit.

Peregrinabatur ad Septentrionem inter eius

glacies & niues; fortasse vt pectoris flammam temperaret: & tùm eum sub syluis & montium antris latentem cum octonis socijs, cohors armatorum satellitum interceptit. Ad tormenta ex nemore itum est: bis immanissimo gelu mergitur cum socijs, trium horarum spatio: in qua supplicij acerbitate duo commilitones eius expirarunt. Didacum, perseuerantem in fortitudine sua, exemit crudelitas ex glacie, vt per singulas horas diutiùs deinceps moreretur. Elapsis aliquot diebus, in atrociori stagno sistitur, cum residua manu sociorum: sed brumæ vis, intra horas duodecim inuictas ceteroqui eorum flammam suam demùm resoluit in glaciem, Didacus præ omnibus in tormento vixit, non quia diffideret de sociorum constantia; sed, quia in qualibet eorum pugna de Tyranno triumphum agere gestiebat.

Hoc vnum carnifices in eo sunt demirati, quòd nunquam in gelu contremuerit: adeò vir fortissimus Naturam superauerat, ne corporis tremore præferre imbecillitatem animi videretur, aut in conspectu supplicij expauesceret. Tortura Tyranni eiusque importunæ quæstiones Didaci constantiam aliquoties tentarunt: sed retusæ & fractæ omninò fuerunt: non aliter, quàm glomeratæ à pelago vnde, cum alliduntur in scopulum,

pulum, soleant in leues spumas cum fragore & murmure desilire. Gloriosè obiit Xendai, sub Tyranno Date Masamune, Præside Suuo, 24. die Februarij, anni 1624. ætatis suæ 46. quorum 30. in Societate transegit, olim Professor. Perrogati sunt testes autoritate Apostolica, ut corona ei tribuatur.





Fig. 1. A woman in a tall headdress and long dress, standing in a dramatic, possibly theatrical or religious setting. The image is an engraving on a page with a light brown background.



P. Michael Caruallius Lusitanus, Societ IESV. vivus cō
crematus in o^{rdi}um Fidei, Vomuræ, 25 Aug. 1624.

ELOGIUM XXXIX

P. MICHAELIS CARVALLII,

SIVE A. Q. V. E. R. C. V.

Brachara, Lusitaniae Ciuitas, gloriae Coni-
 mae inuideret meritò, nisi aequè nobilis,
 & aequè amoena Quercus vmbra sua eam tegeret.
 Interpretor equidè ab aurifero Hesperidum ne-
 more hanc Quercum diuinitus translata[m] fron-
 duisse in Bracharen[s]i solo: utpotè qua[m] Iapponi-
 co igne non exaruit, sed pretium suae praestantiae
 potius reperit. Festiuos igitur plausus Brachara,
 Vrbs Augusta, expromat, quam locupletauit
 Coelum Quercu tam illustri: ut ex ea coronas ca-
 piti suo contexere & circumponere possit, velu-
 ti trophaeum immortalitatis.

Natus est P. Michael Caruallius anno partae
 salutis 1577. & in prima aetate liberaliter educa-
 tus, tum in Christianae pietatis, tum in bonarum
 artium institutis, Societati nostrae nomen dedit
 anno 1579. hoc est, cum annum aetatis ageret



P

vige-

vigesimum. Studuit Philosophicis disciplinis in Regio & per celebri Conimbricensi Collegio, ex quo delecti sæpenuerò viri Religiosissimi fuere, pro ijs expeditionibus obeundis in Regna, & Prouincias Orientis. In eo litterarium emporio opes animi vberes affecutus, nomen Philosophi optimi inter equales suos promeruit.

Interim Michaël instinctu Numinis exstimulari se sentiens, in Orientē migravit, anno 1602. sed ipsi, alas explicanti ad volatum longiorem, Goa obstitit: vt sacrae Theologiae gemmas, ipsis ostrearum margaritis multò pretiosiores, de suggestu Orienti dispensaret. Sed excedere illicò ex ijs exedris diuiniore sapientiae ipsam oportuit: quia Iapponici vniones splendore suo eum potentius laceiebant, vt sine offensione in Iapponiam traiceret.

Mille modos Barbarorum debuit simulare, atque adeò fingere Persicos, aliosque peregrinos nationum habitus: vt sanè non tam dissimiles colores induere chamæleon videatur, neque Protheus scopulo insidens tot figuras olim variasse dictus sit inter Poëtarum figmenta. Atque in hac seculi schemata, inferiora utique religiosa eius virtute, sese demittere non erubuit, propter amulationem ac studium animarum. Ceterum
venit

venit Michaël opportunè : quia eo vestigio temporis, Tyrannus lymphatico æstu percitus sine vllâ humanitatis lege, cœperat in Christianorum perniciem debacchari.

Periculorum itaque oblitus Michaël (vbi ignavus timor ibi non reperitur, vbi regnat amor) discurrens exanimatos ob Tyranni scitiam erigere in spem salutis, & confirmare proposito æternæ felicitatis præmio adnitebatur.

Cùm ecce tibi dum dies in auroram pergeret, vt Christiano cuidam Vomuræ agenti animam præstò esset; circumuentus est ab armatis Tyranni satellitibus. Imitari verò lænam parientem visus est, quæ venabula in saltu contemnat, dummodò leunculis ex rupe periclitantibus opituletur.

Catenas diù quasi delicias pertulit : mox in lentum ignem coniectus est, mansitque eo robore, quod in cognomenti significatione gestabat. Hunc autem felicem exitum adhuc inter pueriles scenicos ludos Michaël de se pridem promiserat : etenim, vt Bracharenses Ciues simul recrearet instrueretque, Societas I E S V exhibuerat in theatro historiam Abrahami : & tùm Michaël puerulus Isaacum egit, cum ingenti fletu auditorum; nempè struem lignorum humerulis suis.

comportavit, manus tenellas vinculis iniecit
 obediens, cerviculam inflexit sub gladio, ut
 vulneraretur. Prælusit itaque sacrificio suo, ut
 instar Phœnicis immolaretur: & arsit Vomura
 25 die Augusti, anni 1624, ætatis suæ 47. in hanc
 Societatis 27. In qua vota quatuor solemnia fue-
 rat professus. Præfati Præfules inquisiverunt ad
 coronam.



Caritas dicitur dicitur de periculis: mox in-
 sentiam ignem coniectis, ut iniquæ co robo-
 re quod in cognominem purificatione gessit.
 Hinc autem sibi exitum educe inter puer-
 les scenicos ludos Michæl de se pudent promit-
 tere: etiam, ut Brachantes Cives sumi reces-
 set instructus, Societas sua exhiberet in-
 theatro historiam Abrahami: & tunc Michæl
 puerulus hanc egit, cum ingenti fœtu rudi-
 torum: neque sibi ignorem hanc sus-
 com-



Ple. Phyllis de B... in Libano don't-LEU in e...
to... in... in Libano... in...
... in... in... in... in...



P. Io. Baptista de Baeza Hispanus, Societ. IESV, in exilium
relegatus in vltimū Fidei in Lapponia habitans incryptis, ærumnis
confectus, moritur Nangalachi. 7. Maij. 1626.

E L O G I U M X L.

P. IOANNIS BAPTISTÆ

D E B A E Z A .

Nobilis Hispaniæ Oppidum Vbeda, Gien-
nensis Diœcesis, P. Ioannem Baptistam
progeniuit, mira animi demissione, virum graue,
prudentem, & in quo virtutibus absolutissimis
exornando videantur contendere voluisse Natu-
ra certatim, & Gratia. Mozambicum, Goa, &
Maczum obstupere ad prædicationem eius,
priusquam vox illius sono pietatis Iaponiæ soli-
tudines repleret: vix autem eiusmodi sonus eius
auditus est, cum visi sunt pullulare in flores qui
antea tribuli fuerant & dum.

Munus Vicarij generalis gessit sub Illustris.
& Reuerendis D. D. Ludonico Cerqueira, eoque
magna cū laude perfūctus est. Daifusama sciēte
cruorem Christianorum, existimauit Io. Baptista
se mercenarij notam subire posse, si eo temporis
vestigio abscederet. Mansit itaque, vt oues erran-

tes atque exterritas ululatu luporum, ad caulas reduceret. Cùm domorum & saltuum fieret maior in dies disquisitio; abdedit se in imos specus: ante sepulturam consepultus, ut Lappones ibi iam quodammodo mortuos suscitaret. Interea latentem in ijs antris morbus eum gravissimus excepit, loci humiditate ac situ tabem in ossa & nervos immittente, ita ut corporis mole consistere amplius nequiret. Ergo ligneo feretro inter Christianorum lamenta exportatur, & dum eorum humeris elatus per Urbem & angiportus ita ager ibat, de Tyranno sæuiente triumphat.

Annus agebatur, ex quo morbus tā grauis ipsū inuaserat: cū, præsentiens, acerbioribus se doloribus peti (puduit enim sub hoste cadere tam ignauo) summis precibus ibi impetrare conatus est, ut suo cū feretro ad ostium Tyranni statueretur, quò ibi de flāmis eius victoriam reportaret: sed horruit Christianorū pietas ei in hac parte morem gerere. Quapropter nulle, si minùs veras, certe imaginaria flāma consumptus expirauit Nangasachi, 7. die Maij, anni 1626. aetat. suæ 68. Soc. 47. Iapponice expeditionis 36. Dominabatur Xogūfama, præerat Cauachius. Ne corpus eius flāmis traderetur, Paciecus de carcere impediuit, ut seruaretur; donec Deus merita eius condecoraret.



Faint, illegible text or a caption, possibly a title or a description of the scene above. The text is too faded to be transcribed accurately.



P. Galpar de Castro Lusitanus, Societ. IESV, in exiliū relegat^{us}
in causā Fidei latitans in Lapponia laboribus ærumnisque con-
fectus, moritur ad pedē arboris abiectus. Arive. 7 Maij. 1626.

ELOGIUM XLI.

P. GASPARIS

DE CASTRO.

B Rachara, Lusitaniæ Vrbs Augusta, peperit P. Gasparem de Castro, virum, quem appellaueris merito Christianæ humilitatis exemplū, atque agrorum quorumcumque remediū præsentissimū & in quo, quemadmodum significatio nominis indicare videbatur; castra, & tentoria fixerant virtutes omnes. Peculiariter inter mysteria sacra corā altari extra se rapi, & nectarea perfundi suauitate consueuerat, non aliter quàm si apes Hyblæ in ore eius mellificarent.

Anno 1587. in Orientem appulit, quem P. Sebastianus de Moraës, Prouinciæ Lusitaniæ Prepositus, ad Iapponensis Ecclesiæ insulas iussus accedere, sibi comitem viæ, salutis curatorem elegit; ac profectus in Iapponiam est: quam, adhuc inconditam atque incultam, annis 22. labore assiduo percoluit. A Daifusama Macaum ablegatus

in exilium est: sed non ita multò post reuertens, per Arimæ suburbana diuersatus est; ubi res Christiana, exorto eo Tyranni turbine, periclitari, ac nutare propemodùm videbatur. Ex illius aduentu restitutus est vigor animis iam prostratis, ita vt oppida integra certatim ad flammam, ad gladios, ad cruces subeundas incitarent se. At Castrius nunc in valles, nunc in saltus & speluncas, penetrabat, vt solatio Christianis esset, eosq; ad prælia Domini, si vis Tyranni ingrueret, animaret confirmaretque. Demùm, extructo ex arborum ramalibus tugurio, imbribus peruius, & sole fronde constrato; sub umbra illius, quem desiderauerat, sedens, dulcissimos, non mortis dixerim, sed vitæ sempiternæ, fructus decerpfit, 7. die Maij anni 1626. ætatis suæ 66. Societatis 47. Quæsitum est corpus eius, vt flammis exanime traderetur: sed Pacieco de carcere providente, seruatum in conditorio est, donec Sancta Mater Ecclesia merita eius ingentia muneretur.



Et sic dicitur in libro de rebus sacris
et ibi dicitur quod dicitur in libro de rebus sacris
Hanc dicitur in libro de rebus sacris



P. Fraciscus Pachecus Lusitā' Societ. IESV, Iapponice Provi'is
et illi' Episcopat' Administrator, vivus cōcremat' in odiū Fidei
Nangasachi. 29 Jun 1626.

ELOGIUM XLII.

P. FRANCISCI

PACIECI.



DE magna Carthagine, inquit Sallustius, melius filere duco, quàm parùm dicere: ego Romanum Scriptorem imitarer, nisi series Elogiorum calamum etiam inuitum extraheret: præfertim, cùm Pereira Mæonio alite Paciecum descripserit.

Ad beatissimas Limæ fluuij ripas hoc lilium, quasi naturæ delictum, ex generosa stirpe candidauit. Immò in ipso Ponte, seu super eius triumphales arcus, Natura infantem pariens, Iapponicos triumphos prænunciauit, & pulchra quadam imagine erga puerum officiosa prolusit in ea, quæ de ipso erant euentura.

Vix pueros alios æquales suos deseruerat Franciscus; cùm in Academiam Conimbricensem à parentibus missus est. Adlegit eum Societas I E S U tamquàm filium, capta videlicet ingenua

*

Q

in-

indole eius. Adhuc Tyro, Ioannes & Alexides, olim admodum celebres, moribus suis antecessit. Quemadmodum aquila sobolem, prima lanugine indutam, acie & volatu experitur ad Solem; ita Societas IESU prolem suam peregrinationibus & pijs expeditionibus exercet in Oriente. Ecce tibi puer Pacieeus destinatur in patriam: peregrinus ibi à consanguineis ignotus stipem accipit, progreditur ad matrem, lacero vestium amiculo, vultu graui, sed tamen supplex. Quis vniquam fefellit amantem? Conspectu eo inopinato commota repentè viscera prodidere matrem: quæ, in querimonias statim prorumpens; Crudelis nate, inquit, tu quoque matrem ijs imaginibus ac simulationibus deludis? Sed ille deprehensus in figmento suo, ne parentem vel solo oculorum obtutu salutaret, confestim ex oppido pedem extulit.

Soluit in Orientem, anno 1622. Ei sacram Theologiam edocenti plaussit Macaënsis Collegium, cuius etiam gubernacula tenuit: neque illi, vt id redderet feliciter & sapientius, opinio defuit sanctitatis. Munus præterea obiuit generalis Vicarij in Diocesi Iapponensi, eaque iurisdictionis sacre administratione Episcopum Dominum Ludonicum Cerqueira, negotijs alijs
fer-

fermè oppressum, magnopere subleuauit. Ter
Iaponiam inuisit: & quòcumque gradiebatur,
veluti fax; fugabantur tenebræ, supersticio elimi-
nabatur. Primus instituit stabilem Residentiam
in Ciuitate Sacai, mercatoribus frequentissima,
vt ad æternas diuitias omnes perduceret. Dai-
fusama tunc seuiente, vitare exilium non potuit:
sed gemitus, & lacrymæ Christianorum, quos
inuitus deseruerat; eum in media discrimina de-
nuò reuocarunt.

Anno toto, in Ciuitate Sacai, inter domorum
tabulata augustissimo in angulo delituit: &, ne
agnosceretur ex nomine, Ignatium à Cruce se
appellauit. Quadriênio procurauit Prouinciam,
& simul Episcopi absentis vices gessit.

Demùm in Cochinetzu catenas coniectus, se-
ptem mensibus in media extrema cruciatus est, non
sine miraculis tamen. Tyrannus enim cibo atro
& corrupto, Deus candido & suauissimo eum pa-
uit: quod custodes eius, & vigiles fassi sunt; vt po-
tè residuo victu eius faginati. Quasi Deus, in-
ter compedes & vincula, de Cælo manna plue-
ret, vt magnificè Franciscus epularetur.

Exinde Nangasachi arsit Prouincialis præses
cum familia sua religiosa. Etenim octo filij circa
ipsum veluti parentem cum flammis, Fidei in-

odium, luctati sunt. Crudelitatis suæ interesse
 teatro voluit Tyrannus Midzunus Cauachi, vt
 Paciecum, quem viuum spirantemque fuerat
 admiratus; ardentem atque expirantem etiam
 in rogo suspiceret. Dies obitus fuit 20. Iunij, an-
 ni 1626. dum ageret ætatis suæ annum 61. in ita
 Societatis 40. De ipsius & sociorum certamine
 Antistites Sacri auctoritate Apostolica ritè co-
 gnouerunt, vt eis coronæ decernantur.





P. L. B. *Die Kunst die Luft zu reinigen*
 erweist in dem Bild die Wirkung der Luft
 1774



P. Io. Baptista Zola Italus, Societ. IESV, vivus con-
crematus in odium Fidei Nangasachi 20. Iun.

1626.

ELOGIVM XLIII.

P. IO: BAPTISTÆ

ZOLA.




BRixia, Italiae Ciuitas nobilissima, fuit parens & altrix P. Ioannis Baptistae: in quem ornandum mira virtutum omnium varietas influere certatim visa est, sicut ad centrum confluunt lineae. Post longam ac permolestam nauigationem, in Orientem peruenit anno 1600. Nouem supra decem annos excoluerat Iapponiam, quando susceptum opus procurationis animarum abrumperet, coactus est, imperato ei à Daifusama exilio.

Repetijt tamen prouinciam, maioris Charitatis aestu: deditque omnem operam, vt exilij otia, strenuo & assiduo labore compensaret. Plurimos iam ruinæ propinquos confirmauit, atque in spem veniæ indaxit alios, sceleribus contaminatos abluic pœnitentiæ lacrymis: nonnullos reuocauit ex fuga, & Christo Domino rursus conciliauit.

Incredibile dictu est, quantopere vitam pro Christo profundere desideraret. In eam rem, suas illi preces polliciti per litteras è custodia fuerant P. Carolus Spinola & P. Petrus Paulus Nauarrus, quorum schedulas, veluti suorum votorum pignora, religiosè in Breuiario seruabat.

Demùm Ximabàræ comprehensus, rogare & fatigare precibus satellites armatos cœpit: vt arte funibus neceretur: atque id eis, Demosthene facundior, suavit: nec quisquam delicijs luxuque magis, quàm ille catenis, delectari vnquã visus est. Ergo, ingenti perfusus animi voluptate lætitiæque, veluti ad tripudium è carcere prodijt ad incendium. Ibiq; rosas premere, non prunas accensas, versarique in prato amœnissimo, sibi videbatur. In Francisci Pacieci consortio conflagrauit, anno vitæ 51. Religionis 23. olim Professor, Imperante Xogunsama, Præside Midzuno Cauachio, 20. die Iunij, anni 1626.



Plancher de l'arbre de la vie
qui est le commencement de la vie



P. Balthassar de Torres Hispanus, Societ. IESV vi-
uus cōcremat in odū Fidei Nāngalachi, 20. Iun. 1626.

ELOGIUM XLIV.

P. BALTHASSARIS
DE TORRES.



Granata, Hispaniarum Vrbs inelyta, Patrem Balthassarem de Torres admodum feliciter procreavit. Et sane, cum Natura prolem parentibus similem soleat conformare; Granata peperisse videatur Malogranatum intus refertum, puniceis granis virtutum pulcherrimarum, & quasi pyropis locupletatum, foris vero diademate regio insignitum: quod inclusas opes simul coronaret, simul pronunciatet futuros Iaponia triumphos. Equidem hoc vnum pro certo affirmare posse mihi videor: si inter regales manus haberet hoc Malogranatum Darius Rex Persarum, fore utique, ut potius quot grana, tot Balthassares, & non Zopyros, exoptaret.

Cum tamen hac illi felicissime contulerit patriae conditio, Vrbs nimirum inelyta, ut dixi, inter Hispania Ciuitates; adhuc peculiaria ornamenta-

menta cum sanguine hausit ex nobili prosapia, ex qua genitus est: familia enim de Torres ex prisca auorum commendatione stemmata decorum plurima superioribus seculis habuit, quorum splendorem transfunderet in posteros, ut eos perpetuò exstimularet ad parè[m] gloriam sibi virtutibus maximis comparandam. Sensit verò à pueris eiusmodi stimulos, veluti hereditarios præclara indoles P. Balthassar, semper ipsum ad laudabilem in omni virtutis genere incitavit maiorum suorum æmulationem.

Sed cur Balthassar præcelsas in nomine suo Turres ad Iapponiã exportat? An ut faciliùs expugnet acies errorum Iapponicorum? vel, ut ostendat, sibi esse humeros pares oneri totius Iapponiæ ferendo, cum solo nomine graues Turres sustineat?

Balthassar, postquam appensus in statera, inuentus est magis habens; commeauit in Orientem, anno 1586. Priusquam in Iapponiam transgrederetur, Macai Theologicas disciplinas de suggestu explanauit: & ob diuinas assertiones dignus fuit, qui aurea lingua donaretur; quemadmodum Berofus vir sapiens ab Atheniensibus in Arcopago.

Viginti sex annis in animarum cultura elaborauit,

rauit, adeò strenuè; vt, diuisus in regiones mille,
vberes fructus in Domini horreum intulerit.

Daifufama verò Christianos persequente,
multa incommoda perpeffus, & in vitæ discrimi-
na etiã adductus, apud Ozacam, Urbem ea tem-
pestate in primis celebrem, moratus est. Cùm
ecce tibi idem Daifufama Imperij compos ad
eam Ciuitatē venit, quæ, quia potentia ipsius
aufa est reluctari, à Tyranno in superbiam ela-
to flammis vastata est. Quid in hoc rerum arti-
culo Balthassar? per medios ignes, & per acies
armatas euasit; non impunè quidem, quia com-
militonis caput & illius sagulum hostis detraxit.
Cruentas Tyranni manus eo temporis vestigio
interpretor ipsum euitasse, ne inglorius occum-
beret, neue in strepitu illo ingenti, ac publico
tumultu, illius fama supprimeretur.

Sed præcipuè ereptus est diuinitus ex eo tam
præsenti periculo, ne, sublato ipso, quasi duce;
constantia Christianorum in Iapponia pessum-
iret. Ita sanè accidit, quia deinceps sexennio su-
perfuit: & tametsi periculis mille circumuentus;
animosior ijs redditus, Christianis fiduciam fe-
cit resistendi Tyranno. Tandem propè Nanga-
sachum, peracto Missæ sacrificio, ab armatis sa-
tellitibus comprehensus est: postquam diuino

*

R

illo

128 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*

illo munimine, quasi lorica, pectus ad futura cer-
ramina felix armauerat. E' vinculis Vomura
ductus Nangasachum est: vbi, velut in theatro
gloriae, victorias suas Caelo consecrauit. Passus est
20. die Iunij, anni 1626. aetatis suae 62. anno post-
quam erat in Societatem ingressus, 46. olim pro-
fessus. Dominabatur Xogunsama, praerat Mi-
dzunus Cauachius.








Galpar Sandamatzu Iappon, Societ. IESV.
Vivus cōcremat in odium Fidei. Nāgalachi, 20. Iū. 1626.



E L O G I V M X L V .

G A S P A R I S

S A N D A M A T Z V .



GAspar Sandamatzu Vomuræ alumnus fuit, tam præclaris dotibus cumulatus; ut ad eum exornandam, contendisse Virtus cum Natura videatur. In Societate I E S U annis quadraginta quatuor vixit, eosque exegit in tribulibus suis excolendis. Perfunctus diuturnis peregrinationibus, mille ærumnarum genera animo semper inuicto superavit. Labor verò ei potissimum inde augebatur; quòd in patrijs, tam litteris, quàm factis, optimè versatus, à Christianis vndique conquireretur, tamquam oraculum Fidei. Nec inter extraneos diù solus agebat omninè compositè, quàm si domi in Collegio vixisset. Moderatoribus sæpè comes est additus.

Daifusama eum exulem fecit, sed ille miram constantia in patriam remeavit. Tandem in-

*

R 2

uen-

130 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*
uentus vnà cum Pacieco, easdem acerbissimas
pœnas cùm eo fortissimè obiuit, Xogunsama
Tyranno, Præfide Midzuno Canachio, 20. die
Iulij, anni, 1626. ætatis suæ 61.





in ordine hinc / congregetur / et in
Vestem cum corde et /



Vincēius Caïn Coreq. Societ. IESV, vivus concrematus
in odium Fidei Nangalachi, 20. Iun. 1626.

ELOGIVM XLVI.

VINCENTIUS

CAUVN.



Vincenium Caun, Corea gente primaria
 ortum, exactis tredecim annis ex patria
 secum in Iapponiam adduxit Augustinus Fin-
 gedono, magnus ille Dux, quem Taycosama mi-
 ferat ad Corai Regnum debellandum. inter
 captiuos erat Vincentius, sed indoles eius, ita pre-
 alijs visa est Duci eminere, vt is eundem Patribus
 Societatis dederit educandum, à quibus ritè in-
 structus Christianæ Legis documentis, aqua
 lustrali ablutus est, & idololatria sordes in Chri-
 stianam munditiem feliciter commutauit.

In Seminarium adlectus, inter æquales inge-
 nuæ adolescentiæ, specimen statim egregium
 dedit. Ingenio enim erat mitissimo, eximiaque
 indole: & clarum aliquando eum fore in Chri-
 sti militia bellatorem, vel ipsa sui nominis vi

Storia prænunciabat: neque euentus spem huiusmodi postea scellit.

In Sinicis characteribus, & Sectis Iapponicis non mediocriter versatus, doctrinaque Evangelica perbenè instructus, illustrem famam sibi statim in Iapponia comparauit. His ergo munitus armis, nihil magis agitabat animo, quàm vt patriæ suæ salutem afferret. Nec mora, ad Pekinum, Regiam Sinarum Urbem, apparat iter: vt inde transgrediens, gentes Coreas, tenebris superstitionum offusas, & consopitas veterno perditionis, Evangelica prædicatione, quasi tuba, ad lucem & ad vitam excitaret: sed ire meditantem, necesse fuit septennio hæere interim in Regia Pekinensi, atque opportunitatem operiri remeandi in Corai Regnum, hoc est in patriam suam, quæ non modo erat imperuia & interclusa, ne lux Evangelij illuc penetraret, sed externis quibusue insuper negabatur in eam aditus. Interea Iapponica persecutio suum habuit exordium Daifusama Tyranno in Christianos saeuente; atque hæc illi fuit occasio remeandi, arcano animi instinctu eum inuitante ad conflictus in odium Fidei subeundos. Cum esset comes & Socius B. Io: Baptista Zolæ in catenas & vincula contentus est. Atroci quæstione laceratur; si quomodo

do induci posset, ut semel datam Christo fidem frangeret; sed constantia eius quovis adamante firmior apparuit.

Ea Tyrannus irritatus, iussit forcipe ossa & digitos comminui: sed Vincentius, quasi æneis esset membris, ridentis specie cruciatus illos esse delicias interpretabatur.

Mox cogitur violētos haustus aquarum exferbere, ut illicò cruori immistos egereret: quod immane tormentum toleravit usque ad corporis, atque animi deliquium.

Carnificum fuisse vidēantur piæ manus, quæ collapsam in vincula reduxerunt: sed, ut in ipsum de integro sauirent. Vincentius, plenus spei, atque incensus desiderio iterum pugnandi, conualuit brevi: &, quasi nesciret vivere, nisi in tormentis, dum cessaret Tyrannus, ipse nocturnis verberationibus spontè inflictis, sporatas plagarum cicatrices exulcerabat: commune hoc habens cum aureo croco, & immortali amarantho; quòd hic discerpi, ille tundi supra solum gaudent, nec aliter pubescunt, ac proventum ferunt.

Nudus ad ternos denos dies expositus est acerrimo frigori, ut in eo ad interitum algeret, sed rigorem frigoris ardor charitatis eius superavit,

nec

nec in eo extinctus est. Inter hæc tormenta, sola & unica eius voluptas & quasi animi corporisque refectio erat, identidem proprio chirographo, & quidem elegantissimis characteribus, quarum peritiam habebat, illud adscribere: Laude-
rar Sanctissimum, & Divinissimum Eucharistie
Sacramentum.

Recuperata valetudine, ad novam concertationem prouocauit Tyrannum; qui, desperata victoria, militem Christi tradi flammis iussit.

At Vincentius per eas flammæ sibi iter strauit ad immortalitatem, dum ageret ætatis annum 46. 20. die Iunij, Salutis anni 1626. Imperabat Xogunsama, præerat Cauachus.





Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page, appearing as a mirrored reflection of the original text.



Petrus Rinxei Iappon, Societ. IESV, vivus concrematus
in odium Fidei Nangafachi, 20. Iun. 1626.

ELOGIVM XLVII.

P E T R I R I N X E I.



Petrus Rinxei Arime in Iapponia enutritus, & à primis annis educatus in Seminarijs, nõdum posuerat sub institutoribus, & magistris pueritiæ suæ prima rudimenta, cum virtutibus repente instructus apparuit. Tenerum eius animum cupido incessit iuuandi patriam, & iam tum pupugit cor eius animarum æmulatio.

Ergo Sectas inanes, hoc est mera Iapponum ludibria, scrutari aggreditur: vt ex earum notitia, veluti è pharetra, depromeret iacula, quibus vinceret, & de idololatria triumpharet. Nec potuit non euadere tempore suo fortissimus athleta, qui sub Paciëco, inclyto duce, meruerat. Demum, eo præeunte, per catenas, & per ignes, ad Cælum iter fecit, imperante Xogunsama, Præsidi,

1136 *Elogia Oeeisdrum in adium Fidel,*
de , Cauachio vigesima die Iunij , anni mil-
lesimi sexcentissimi vigesimi sexti, ætatis suæ tri-
gesimo octauo.



P
E
R
I
N
X
E
L
E
O

ELO

48



Faint, illegible text at the bottom of the illustration, possibly a title or reference number.



Paulus X. inuicē Japoni, Societ. I. E. S. V. uisus concrema-
tus in odorem fidei, Nangalachi, 20. Iun. 1626.

ELOGIUM XLVIII.

PAULI

XINSUK



ARimam credere fas est electam fuisse à Namine ipso, vt Cœlum quodammodo illustraret, & clarus redderet: quandoquidem tot ornamenta Cœlo iutulit, quot filios peperit, inter quos Paulus Xinsuke videatur, sydera etiam anteire. Oris eius lætitia indicium erat serenitatis, quæ in pectore illius regnabat. Multorum rapuerat in se animos, propter virtutum decora, quibus apprimè imbutus erat.

Eû P. de Angelis peregrinando, P. Petrus Paulus Nauarrus prædicando, & P. Franciscus Paciecus ardendo, perduxere secum. Quocirca in promptu est causa perfectionis eius: rantorum siquidem Heroum hauserat indolem, quorum vtique vultus intuendo, imagines eorundem delineauerat in se, & assiduo vsu ipsorum in se etiam expresserat mores.

Spatio mensium septem, inter catenas & vincula, ipsius enituit constantia: & quia alte intra pectus eius radices fixerat **Christus**, non potuit ab eo auelli: quàmuis **Tyrannus** crediderit, se posse illum frequentibus prælijs superare. Quinimmò ad carceris incòmoda spontè ipse ieiunia aggerèbat, aliasque animi afflictationes: quæ omnia magno cum scœnore flâmis demùm cumulauit, 20. die Iunij, salutis anno 1626. dùm ageret ætatis annum 54.





Joannes Kilianus, Japonicae insulae, seu
Imperii descriptionis, auct. et delineator.



Ioannes Kilaçu Iappon Societ. IESV, vivus
cōcrematus in odium Fidei Nangalch, 20. Iū. 1626.

Christum & beatum esse dixit: praeterquam cum

ELOGIVM XLIX.

Deum placere. Tyrannus ita loquens non

sine ingenti admiratione subiit: cum ex illa

I O A N N I S

constantis praesagiret eius victorias; tunc iam

eum dicitur: & sic huiusmodi: &c.

K I S A O V



Cochinotzu, in Arimensi ditione, suos fudit flores, & inter eos vnum praecipuum, nempè Ioannem Kifacu, grata refertum amoenitate, & aspersum virtutis fragrantia singulari. Ex cunis ipsis parentes eum in religionis prato, quasi germen, locauerunt: & ex ea plantatione statim profecit adeò, vt halitu odorifero in multis durtiem animi mitigauerit.

Cum Gaspare Sadamatzu delitescens, in manus impiorum peruenit: verùm Tyrannus, aetate eius teneræ parcens, ire liberum permisit: quam indulgentiam tamen coaspernatus est Ioannes: atque aetatem superans, turpe sibi fore, atque indecorum interpretatus est, si gemmam repertam è manu proijceret, ad quam vtique à prima infantia aspirauerat. Proindè tormentis & flammis vrgeri se, non durum & asperum, sed pulchrum

chrum & beatum esse duxit: præsertim cùm
 animo reputaret, sibi in is extincto Superos ac
 Deum plaudere. Tyrannus ita loquentem non
 sine ingenti admiratione audiuit: & cùm ex illa
 constantia præfagiret eius victorias; lento igni
 eum damnauit: 2^o die Iunij, Salutis anno 1626.
 ætatis 21.

120



...dione, tuos in
 ...die fore
 ...nemp Joannem
 ...tate & spectum
 ...gancia singulari. Ex
 ...cuius ipsa partes sunt in religionis parte. pua-
 ...il germen, locaverunt & ea plantatione statim
 ...profectus adeo, ut hacten odore in multis du-
 ...ntem animi investigaret.

Cum Gaspare Sabatiano delictis, in ma-
 nus impiorum perenne: verum Tyrannus, stati-
 eius tenet præces, ut liberum permitit: quam
 indulgentiam tamen conspiciunt est Joannes;
 adque statim superans, tunc sibi fore, acque in-
 decorum interpretatus est, si germinum repletam
 è manu proiceret, ad quam videtur & prima in-
 tanta suspenderat. Proinde tornans & hanc
 nis videri, non durum & asperum, sed pur-



Die Bild. des heiligen Johannes, des Evangelisten, der in der Wüste lebte.



Michael Tozo Jappon. Societ. IESV. vivus con-
crematus in odium Fidei, Nangasacki 20. Jun. 1620.

Societate 1802
mi lxxvi regnante Xoguniam & Præfide Ca-
uachio, status suo trigesimo octavo.

ELOGIVM L.

M I C H A Æ L I S

T O Z O :



Ecce Arima Michaëlem Tozò etiam offert, pulcherrima virtutum omnium supellectile instructum. Is non potuit Patrem Hieronymum de Angelis peregrinantem, instar Angeli velocis, non comitari. Illius est longissima itinera emensus, & re ac factis gloriam eius sibi communem fecit.

Mox ad Balthassarem Turrianum conuertit se, ac demùm cum Patre Francisco Pacieco conflagrauit. Itaque, quod olim Troianus Heros cupiebat, ante ora parentis ei contingit in odium Christi, mortem oppetere, vigesima die Junij, anni millesimi sexcentissimi vigesimi

ELO mi

142 *Elogia Occisorum in odium Fidel,*
 mi sexti regnante Xogunfama & Prefide Ca-
 uachio, etatis sue anno trigesimo octavo.

ELOGIUM

MICHAELIS



Ecce Arma Michaelis Toso etiam offert
 pulcherrima virtutum ornamenta, felle-
 gite infansum. Is non potuit Patrem Hero-
 ayum de Angelis pergruamem, inlar An-
 geli velocis, non comant. Illius est longissima
 cuncta caritatis, & tunc factis gloriam eius sibi
 communem fecit.

Mox ad Balthasarem Turannum conuertit
 se, ac deinde cum Patre Francisco Pacifico con-
 flagrant. Itaque, quod olim Troianus Heros
 cupiebat, ante ora parentis ei contingit in-
 odium Christi, mortem operere, vigesima
 die Janij, anni millesimi sexcentissimi vigesi-

mi

OLE





P. Thomas Tzugi lappoy Societ. IESV, vivus cōcrematus
in odium fidei, Naigalachi, 6. Sept. 1627.

ELOGIUM LI.

P. THOMÆ

TZUGI.



Vomura Thomæ Tzugi parens fuit, Christiani Oratoris ardentissimi: & qui, cum inter concionandum maiestate incredibili polleret; omnes industriæ suæ nervos contendit, ut Iapponiam Christo lucraretur: neque in annorum quatuor & triginta intervallo, quos annos in religione exegit; vel vnus dies ei otio disperijt. Is in turbida illa Daifusamæ dominatione Macaum relegatus, remeavit nihilominus, ut opus intermissum aggrediretur de integro, ac strenuè promoueret. Neque manum retraxisset ab egregio conatu, nisi coëgissent vincula, in quæ apud Nangasachum incurrit.

Inde Vomuram translatus est. & vix fama hoc in Vrbe vulgavit, cum illicò consanguinei eius, qui à Christo turpiter defecerant; omnes conspirarunt, ut Thomam de consilio Fidei susceptæ



T

ac

ac defensæ dimouerent. Conueniunt, ambiunt, rogant, precibus fatigant, tormenta proponunt, rogum, & cineres; nisi stultitiam Christianam deponat. Suadere conantur, ne prodigere florem ætatis velit; ne amicorum & consanguineorum vultus sanguine suo imbuat & commaculet: hortantur, vt expendat suorum ruinam, secum in perniciem trahi, nisi ad Xogunfamæ pedes supplex prouoluatur, & professionem Christi abijciat.

Sedenim Thomas inuictus ad hæc animo: Vtinam, inquit, & vos meliora confectari, & paratas mihi flammis mecum ingredi statueretis: vt hoc pacto expiaretur à vobis nefas, quod aduersus Christum patrare veriti non estis! Gladios in Tyrannide sua, quasi in cote exacuat Xogunfama: exfuscitet voracia incendia. Non equidem ignoro, Cælum iam mihi patere, Deumque ipsum obuijs vlnis occurrere, vt me prodeuntem ex tam immani & cruento prælio excipiat in Olympo triumphaturum. Hæc effatus, ad flammis raptus est, in eisque vitius exarsit.

Neque hoc arduum fuit illi, qui sanguinem vniuersum ex venis suis promere, atque elargiri pro Fide cupiebat. Ceterum, quia, vt Sanctus Ioannes Chryostomus aliquando dixit;

Cœlam solet de Martyrum pœnis constituere sibi theatrum; supplicia Thomæ duplicauit, vt duplicaret sibi spectacula.

Vnum præcipuè fuit, quod in huiusmodi conflictu Lusitanos pariter ac Iappones, qui spectaculo aderant, meritò in admirationem protraxit: nempe, illo exspirante, pectus spontè patuit, atque ex eo statim flamma purpurea enituit.

Sed & cogitare liceat, cor illud flagrantissimum inter intactas à Tyrannide flammæ, reciprocaste ignem Charitatis, in quo Phœnicem ipsam longè superauit. Quæ auis, si igne deficit, ac renouatur; Thomas, qui Charitate semper arsit, dum viueret, ac spiraret: in igne semper viguit, se ipso maior & felicior: & cordis sui magnitudinem, atque ad eò immortalitatem perpetuò innutrit. Quapropter fateri oporteat, in Thomæ pectore flammam, quasi in centro fuisse, vbi cremare nescit.

Huius Phœnicis Arabia fuit Nangasachum, ex qua in Urbem Solis Inocidui demigravit, sexta die Septembris, anni millesimi sexcentissimi sexti, vitæ suæ anno quinquagesimo sexto. Ad eam gloriam adductus est, Imperante Xogunsama, Præside Midzuno Cauachio. De eius

certamine, vt coronetur, Manilæ, Iaponiæ,
& Sinæ Præsules Apostolica auctoritate in-
suerunt.





Michael Xuan Lapp, born 1824 in excellent
and the best of his family, his
and his family in the year 1824.



Michael Xuccan Iappō Societ. IESV in exilium relegatus
in ortu Fidalatitan's in Iappōnia, laboribus ærumnisque
confectus in eadem moritur Octob. 1628.

ELOGIVM LII.

MICHAËLIS

XVCCAN.


BVngus Michaëlem Xuccan traxit ad se, virum cumulo virtutum maximarum sanè opulentum, & qui patriæ salutis desiderio fermè tabescebat. Nimirùm angebatur animo vehementer; dum secum reputaret, in insanias mille, & innumerabiles vanitates, patriam suam præcipitem ire.

Ergo in medium exilij, periculorum contemptor pariter ac Tyrannorum: vt patriam inconditam comeret, rudem formaret, ac præcipuis Christianæ Fidei lineamentis componeret, diuinisque coloribus exornaret: cùm ante quodammodo extincta ac emortua penitùs iaceret. Tempestas interim in dies magis ingrauescebat, iussis à Tyranno Daifusama commilitonibus eius in exilium emigrare. Sed Michaël, aduersùs cruciatus inuisctum animum gerens; deliberavit

148 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*
mori potiùs inter Christianos : cùm desiderio
martyrij animus eius supra modum incende-
retur.

Idcirco, impatiens moræ, maluit præuenire,
quàm exspectare Tyranni cruentas manus. Sed
aliter Cælo visum est. saltem, ne vita excederet
inglorius; febrî ardenti tentatus, inter persecutio-
nis molestias atque ærumnas mille, iacuit æger :
vt esset pro cruciату flammaram, febris ipsa : cu-
ius videlicet lento igne absumptus est Ximono-
zechi, Octobri mense exeunte, anni 1628. Domi-
nante Xogunfama.








Michael Nacaxima Iappon, Societ. I.E.S.V. feruentibus mō
tis Vngeni aquis læpius cruciatus occiditur in o dñi Fidei.
28 Decemb. 1628.

ELOGIVM LIII.

MICHAËLIS

NACAXIMÆ.



Fingus Michaëlem Nacaximam enutriuit, virum, quem non immeritò æneum immò adamantinum appellauerim: neque ibit inficias, quicumque pugnas illius & tormenta mente complecti voluerit. Daifusamæ inundatio eum inter fluctus abortæ illius tempestatis innatantem inuasit. Ducitur proinde ad vincula Ximabàræ. vbi, quasi esset in armamentario, se munire statim cœpit: videlicet scutum Fidei apprehendit, atque aptauit sibi galeam inexpugnabilem æquitatis: vt in prælia prodiret. Dicitur verò octò dimicasse congressibus fortiter, vicisse feliciter, gloriosè triumphasse.

Primò eum nodosis fustibus comminuunt carnifices: mox, machina efferente, in sublime sustollitur: inde in aquas subiectas agitur præceps, vt ossa eius ex ruina illa dissoluantur.

Præterea adigitur ad aquarum haustus, quas cruore infectas violenta statim vomitione cogitur egerere. Ab aquis educitur, atque in Sole ardenti collocatur, ut eius torreatur æstu: sed barbaro eiusmodi commento Tyrannus effecisset solum, ut Michaëlis flamma intus in pectore magis intenderetur: nisi veluti portento Cælum intercessisset. Nubes enim ex inopinato exorta est, & quasi platanus diffusis ramis bellatorem piùm inumbravit. Quinimò parum hoc fuit: de nube insuper sibilare cœpit aura tenuissima, atque iniectos Solis ardores temperare, cum per malaciam omnia circum æstuant. Ita Cælum Michaëlem delicijs suis recreavit.

Ergo à Sole transfertur ad sulphureas Vgeni aquas. Quantum ea vis est, ut pestilentem earum halitum bruta etiã animalia non ferant sine strage, neque aves ipsæ eisdem aquis impunè superuolent. Hic sæpius illis perfusus & per bullientia stagna traductus, immanissimè excruciat: donec, tormento vires iam extenuatas superante, ad refrigerium euocatur. Denique Tyrannica barbaries in aquis inhumatum eum reliquit. Imperante Xogunsama, 25. Decembris, anni 1628. Præsules de illius certamine cognouerunt.



Faint, illegible text at the bottom of the illustration, possibly a caption or a signature.



P. Antonius Pinta Japon Societ Iesu
Vnius Concre matus in ocaum Fidei Nangasaqui
3. Septembris. Ann. 1631

P. Motte fecit

ELOGIUM LIV.

P. ANTONII PINTI

ALIAS IXIDA.



Antonius Pintus Arimæ ortus est: munere concionandi apprimè nobilis, sed qui tamen plures Ethnicos muta persuasione virtutum suarum, atque exemplorum, ad Christi Domini Fidem pertraxit. Quadraginta tres annos in Societate IESU exegit, nec facile sit enumerare illos, quos eo temporis interuallo Christianis moribus expoliuit. Quamdiù vixit, peragratis vltro citròque vastissimis regionibus, pertulit quidquid malorù perferri potest: egestates nimirum, ardores, fatigationes, atque ad extremum vincula Nangalachi.

Euoluto in ijs vinculis triennio, vt spiritus interclusus liberè aliquantulùm diuagaretur, ad Vgeni sulphureas aquas ductus est. Arreptum carnifices exuebant, manus reuinctum, & pedes validè extendebant, omnes corporis iuncturas
 distra-

distrahebant, sublimè suspendebant, mox scapulas aqua feruentissima perfundebant. Sol per dies triginta de integro exoriens, fermè attonitus tantæ virtutis miraculum aspexit. Tyrannus, paruo discrimine, Tantalò similem eum fecit. Quippè illum aquarum fuga, & penuria; hunc inundatio, atque opulencia diuexabant.

Noxios aquarum æstus eo dierum spatio sustinuit Antonius: & cum eius virtus exitum non haberet, quem sperauerat frustra Tyrannus; is, cognita viri constantia, se ad dolos & blandimenta conuertit. Ergo aquis extractum, ac recreatum fomentis, in vincula eum reduxit: vbi recuperata valetudine, Antonius Iudicium disputantium de Fide arguit confutauitque errores, deliria, & commenta. Tandem illum, qui innatauerat aquis, ingredi flammam oportuit: vt per ignem & aquam, facilem aditum in Cœlum adipisceretur. Itaque lento igne interijt, tertia die Septembris, anni 1632. ætatis suæ 63. Imperante Toxogunfama, atrocioze alijs Tyrannis, utpote cui Auius Dausufama, Xogunfama, Pater, immanitatem suam, tamquam heredi, morientes legarunt. Præsules auctoritate Apostolica de Antonio ad coronam inquisiuerunt.





P. Mattheus de Couros Lusitanus Societ. IESV, Prouincialis Iaponiæ
Billius Episcopatus Administrator in exiliu relegat in odium fidei
Iaponia latitans in cryptis ærumis collectus moritur Fuxim 29. Octob. 1633.

ELOGIVM L V.

P. MATTHÆI

DE COVROS.



Non potuit non ex Vlyssipone P. Matthæus de Couros prodire, Vrbe nimirum altitice Heroum maximorum: cum huius Regiæ Ciuitatis illud sit prosperum ac salutare in Cœlo sydus, quod vi quadam cœlesti, & influxu benigno, incolarum animos ad magna permoueat. Matthæum peculiariter ad sanctimoniam impulit, virum, in quo, tâquam in Neronis smaragdo, splenduerunt imagines virtutum pulcherrimarum: sed ita tamen, vt semper ad illius conspectum mores in prauum delapsos vnusquisque corrigeret in se, & virtutes eius simul amularetur.

In Societatem Iesv admittus Matthæus, anno 1583. immensis precibus, ac profusis vber-
tim lacrymis, Orientalem gemmam (oc est missionem ad illam regionē) mercatus est, eaq; demū
poti-

potitus, traiecit in Orientem, anno 1586. Anis
 marum lucra, & incrementa Fidei, complu-
 rium annorum spatio, labori paria fuerunt: ete-
 nim scribitur, annis quadraginta tribus, Iappo-
 num abominatos cultus, & vana eorum ingenia,
 Baptismi fonte salutari eluisse, & fundasse inter
 eos Christiana mysteria. Sed qui tot corda la-
 pidea flectere ad pietatem potuerat; non potuit
 Daifusamam, monstrum cruentum, mansuefa-
 cere, aut vllatenus mitigare. Fugam simulauit, si
 quo modo seuitiam Tyranni sopire posset: sed
 clanculum illicò remeavit, atque instar fluij
 subter labentis, denuò studuit ad frugem Iappo-
 nicum agrum irrigare.

Nimirum redditus regioni, quam ad breue
 tempus deseruerat, & constitutus in ea Guber-
 nator Prouincialis; haud facile dictu est, quanto
 rei Christianæ fuerit emolumento. Neophytos,
 & multò magis veteranos, solo aspectu recreabat:
 ex quo vtiq; cœlestes delicias cuncti hauriebāt.
 Excutebat mentis tenebras, mœstos quosque
 exhilarabat, atque inducebat animis serenitatem:
 si qui persecutione erant territi, afflicti, atque
 exanimati; eos excipiebat, quasi mater, & com-
 plexu suo fouebat, ac sensim disponebat ad noua
 inounda prælia, atque ad contemptum æui præ-
 sentis,

sentis, quod breuissimum est, & fugit velut vmbra.

Quoties sub scopulis ac præruptis rupibus delitescens subterfugit satellitum cruentas manus, quærentium eum ad necem? Quoties, audito armorum strepitu, ipse intactus per medios inimicos pertransijt? Quis credat, eum inter parietes duos interclusum, exigere annum potuisse, perpetuis tenebris ita circumfusum, vt agrè ac vix horas canonicas, in tam tenui, & obscura luce, recitaret? Sed, cùm angustias illas diutiùs nõ ferret animus eius, assuetus spatij Charitatis; exiuit in saltus ad belluas: constitutus est in ea rerum penuria, vt è nubibus fluentes imbres, & ceteram inclementiam Cœli, stramineo tuguriolo vix arceret: appetitum verò naturæ, vrgente fame, vix pane hordaceo mitigaret. Interim tot aduersis sensim vires corporis fluere, & spiritum attenuari animaduertens, iam de adeundo liberè Tyranno secum cogitabat: cùm hæc meditantem, & iuxta arborem repertum, Lazarus quidam, illius solitudinis accola, in humilem casam perduxit: quæ illi pro carcere, & flammæ desiderium pro pugna fuere. Neque Deus Optimus Maximus recusabit lauro redimire comas, quæ inter tot molestias & pœnas, extremaque vitæ pericula, incanuerant.



V

Hinc

Hinc de inhospitali eo tugurio vineulis mortalitatis solutus, ad felicitatem æternam ascendit propè Fuximum, 29. die Octobris, 1632. dum ageret vitæ annum 63. Societatis 48. Administrator Sinensis Dicecesis inclytas viri virtutes in commentarios retulit, Romamque misit ad coronam.





The first of the series of the
1861-62 and 1862-63



Thomas Nixitõri, Lappoſ Societ. IESV, vniuers cõckema-
tas in edium Fidei Nãngalachi, 2. 2. Iul. 1633.

ELOGIVM LVI.

THOMÆ

NIXIFORII.




Thomam Nixiforum in Regno Iaponiæ, cui nomen Mino, exortum quanti Cælum fecerit, fatis admodum declarant insignes eius animi dotes, quæ, quasi fydera, eum exornarunt. Inter eos, qui in Collegijs & Seminarijs à Societate IESU educantur, quasi Sol inter astra effulfit. Atque ex ijs fontibus edidit illam doctrinam saluberrimam, qua postea peregrinando aspersit & irrigavit sitientes terrarum tractus, quos planè immensos peragrauit. Et profectò exsaturare gentes tam aridas penitus posset, nisi abruptisset Tyrannus exilio cursum peregrinationum eius. Sed perperam, & frustrà obstacula opponuntur incendio Charitatis, quæ utique flammam æmulatur, dum obiectas sylvas populando, serpere in dies magis videtur.

Quid enim Tyrannus egit exilio suo? cal-

caria Thomæ lateri admouit, vt laxaret habenaâ
 desiderio, quo stimulabatur iuuandi alios. Redijt
 alacrior cum ea deliberatione; vt messem laborû
 fuorum, quos in agris Iapponicis profeminaue-
 rat, colligeret vberrimâ maturo prouentu. Dum
 hæc molitur, iniiciuntur ei vincula, ac rogos de-
 mûm ei destinatur. Itaque ignem amplexus,
 inter incendia viuus absumptus est Nangasachi,
 Imperante Toxogunfama, Præsilibus Denxiro,
 & Matazayemonio 22. die mēsis Iulij, anni 1633.
 illiusque pugnam Antistites Ecclesiarum misere
 ad Urbem Romam, vt palma illi decerneretur.





Faint, illegible text or a watermark located below the illustration, possibly containing a title or description.



Nicolaus Kean, Iappon, Soc IBSV pedibus suspensus,
et in foveam cingulo tenus depressus in odium
Fidei, 4. die moritur Nangasachi, 31 Iul. 1637.

ELOGIUM LVII.

NICOLAI KEAN

FVCVNANGA.



VOmium, Iaponiæ Regnum, Nicolao Kean
 alumno suo ac ciue gloriatur; què à teneris
 annis Seminario addixit, bonis artibus & pietate
 Christiana imbuendum: ibi cum statim Virtus
 sinu suo excepit, & instar nutricis ancillatis, vbe-
 re pleno innutrit, itaque genitū atque educa-
 tum, Societati concessit. In qua haberi statim cœ-
 pit in amore simul ac veneratione præcipua.

Tanta ei dignitas inerat, eaque vis & facultas
 concionandi; vt etiam refides quosque, atque
 inspirationi diuinæ obluētantes, vinciret necte-
 retque alloquio suo. Diceres, fundere ipsum ex
 ore suo gemmas orientales, & rosas fragrantissi-
 mas: etenim vox ex aureo eius oris plectro red-
 dita, & prolata ex officina pectoris, Vrbes, Villas,
 Pagos suis incolis spoliabat. Parum erat, ex per-
 suasione illius plurimos idolis terga vertere: ete-
 nim, ijs calcatis & protritis, alacres ad Christum
 gradiebantur. Sed vnus Daifufama, asperior du-



X

mis,

mis, duriorque faxis, & tigride Hircana immā-
 nior, saluberrimos huius Sirenis concentus non
 modò non audiuit; sed ipsammet diuini verbi
 præconem tam egregium facessere in exilium
 coëgit, ea deliberatione; vt fuga perpetua delite-
 resceret trans mare, illiusque recordatio penitus
 interiret. Sed ex Cæli destinatione, ea deliberatio
 in ipsius Tyranni caput recidit: quia Nicolaus, in
 Iapponiam reuersus, nouo nec vnuquam antea
 excogitato tormenti genere, ibi toto Orbe Chri-
 stiano celeberrimus euasit.

Proh Tyrannicam famem, omninò insatia-
 bilem! Mandi elementa omnia, quasi natu-
 ræ suæ interdum oblita, conspirant ad huma-
 ni generis propagationem: aquæ subeunt in im-
 bres, in nubes addensatur aër, ignis ardores suos
 miscet, mollescit terra, & omnibus momentis
 veluti homines parit alitque. Tyrannus verò
 sobolem humanam proterit, vt eam euertat &
 dissoluat. Nimirum quamam ipse non excogi-
 tat, vt destruat humanum genus? Ferrum acuit,
 vt scindat corpora, & vt manus sacrilegas suas
 cruentet: herbas in funes contorquet, vt strangu-
 let: flammam accendit, vt probos & insontes re-
 digat in cinerem: de integro montes perfodit, pe-
 netratque in viscera terræ, vt eos sepeliat: tam


dira humanum pectus odia sollicitant aduersus
humanum genus!

Nullius tamē crudelitas aduersus homines fa-
uijt scrobibus in profundū actis, nisi Daifusamæ
immanissima Tyrannis: quem tormenti huius
auctorem infamem, odit meritò atque execratur
Orbis terrarum vniuersus. Inde Nicolao maior
gloria confurgit, qui tam nouo & inusitato cer-
tamine cum hoste illo depugna uit.


Ergo pronum in caput, & inuersum eū attol-
lunt carnitices: sursū in aère librant: & vsque
ad pectus horrido & caliginoso specu recondunt,
duplici tabula coopertum: ea spe, vt viri viscera,
intus reuulsa, in fauces atque in os vergerēt. Non
tamen hac industria refluenta sanguine potuit
victoria extorqueri. Quatriduo pependit, ea
corporis & animi tranquillitate; vt veluti in con-
uiuio deliciarī potius, quàm excruciarī in spelū-
ca videretur. Ea res satellites, corporis eius
custodes, sollicitos habuit, vt inter noctium
vigilias crebrò accederent ad speluncam. Proh
miraculum! Nicolaum inueniunt vinculis exso-
litum, ac sedentem: & cum rei nouitate percul-
si, quid hoc esset, ab eo sciscitarentur; audiuerē,
Sanctissimam Virginem Deiparam venisse in au-
xilium, pœnas mitigasse, resoluisse vincula, atque

eum recreasse saluberrimis aquis. Satellitum admirationem auxit fons limpidior, & pellucidior gemmis, qui è specu eruperat. Ad conspectum Virginis, tellurem liquauisse duritiem suam, existimari potest; nisi commota ex Nicolai pœnis eisdem illacrymauit.

Interrogatus, an dolores eum excruciant; repondit: dolere se tantùm ideò, quia Iapponiam vniuersam, atque Toxogunum, suauissimo Christi iugo & sacro eius, imperio non sum miserat. Meritò ea solùm de re indoluit. Cetera enim, hoc est tormenta eius, præsente Deipara euauerunt; quemadmodum euanescent tenebræ, auro-ra exoriente. Sanctissima verò Deipara Nicolaum adhuc hærentem in pœnis coronauit: quia, Christianis spectantibus, horrificum, & inusitatum illud tormenti genus, experimento suo primus ostendit vinci posse: Itaque Nicolaus, duce atque auspice Cœli Regina, reliquit tormēta, atque in sedes Piorū ad Superos ac Deum emigravit 31. die mensis Iulij, anni 1633. vitæ suæ 64. initæ Societatis 44. Præsules de eius conflictu cognouere; qui fuit sub Tyranno Toxogunfama, Præsilibus Denxiro & Matazayemonio. Errori adscribendum videtur, quod P. Guerrerius asserit, Nicolaum capite plexum fuisse.



Ein Bild einer Gallen-Struktur, die in der Mitte des 18. Jahrhunderts gebräuchlich war. Die Gallen-Struktur besteht aus einem vertikalen Pfosten und einer horizontalen Balken, an dem ein Hängesessel befestigt ist. Der Hängesessel ist mit einem Körper besetzt, der an den Händen und Füßen geschnitten ist. Die Gallen-Struktur ist in der Regel aus Holz gefertigt und wird in der Regel in einem öffentlichen Platz aufgestellt. Die Gallen-Struktur ist ein Symbol für die Strafe des Todes.




P. Emmanuel Borges Lusitanus, Societ. IESV pedib⁹
suspensus et in foueam cingulo tenus depressus, in
bitu fides quarta die moritur Nangalachi 16. Aug. 1673.

ELOGIUM LVIII.

P. E M M A N V E L I S

B O R G E S.




EBora, tot olim triumphis celeberrima Ci-
uitas, de Sertorio, Gyraldo, Correa, & Mé-
desio suo, Melitenfis Ordinis Magno Magistro,
iam conticescat: efferat verò sese aliquantò al-
tiùs, & iam de Emmanuele Borges alumno
suo gloriatur meritò, superbiamque sumat, peti-
tam ex magnis illius virtutibus. Aliorum latè
sparsa decora, & insignia gloriæ, Cælum huic vni
contulit, mira & singulari quadam excellentia.
Sertorius Romanas, Mauricas Gyraldus, at Em-
manuel noster Infernas acies stravit in Iapponi-
cis campis. Mendesius Melitensibus maiestate
præfuit, virtute summa imperavit. Emmanuel
Iapponiæ Christianæ dominatus est, Magister at-
que Heros maximus. Anno 1608. nauigauit
in Orientem: &, quandiù ex Daifusamæ Ty-
rannide non exulauit, suo concionandi mu-
nere,

nere, multa enim uerò felicitate, Iaponiam uniuersam auxit, & cumulauit. **Redditus** Prouinciæ, vnde inuitus pedem extulerat; exarsit supra modum erga Iaponum salutem: & spatio annorum duodecim in eam se curam impendens, optimos quosque in hoc sacri ministerij genere omninò exæquauit. Hoc satis admodum probant eius assidui labores, testaturque seges copiosa & vberissima, sudoribus illius perpetuò irrigata: atque adeò testantur etiam laceratæ manus, in Superstitionis atque Idololatriæ germinibus prauis & abominandis, radicibus euellendis.

Dum eiusmodi culturam fouet, vt in messera adolescat, immixtis à Tyranno militibus capitur, & è vinculis protrahitur ad speluncam. Post quadriduam, quo in ea pependit, vitæ finem fecit, magnæ animæ compos ac plenus Heroicæ constantiæ, cum alioqui solo audito nomine, ne dum horrore tormenti, deficere potuisset. In quo quia perseuerauit felicissimè, nequiuit Tyrannus in eo Fidei thesaurum expilare. Sub Toxogunsama imperante, Præsibus verò Denxiro & Matazayemonic, diem vitæ supremum obiit, ætatis suæ 50. in itæ Societatis 33. olim professor; Christianæ Fidei acerrimus propagator; 16. die Augusti, anni 1633.

ELOGIUM LIX.

IOSEPHI
REOMUY.



Iosephus Reomuy in Iapponia natus est. Quãtus fuerit, ex eo conijci potest; quòd Emmauelem sibi ad imitandum proposuerat, comitem peregrinationũ, atque ærumnarum. Neque ut in se illum exprimeret graphicè, defuere aut exilium, aut catenæ, aut spelunca illa atrocissima, in qua suam ipsius virtutem probauit egregiè: nec enim alia magis, quàm hæc de Tyranno victoria, Iosephi fortitudinem inuictam, patefecit.

Neque Iosephus ad horridum speluncæ hiatum expalluit, vel virtus diuina in ipso potuit vlllo modo hebetari. Immò auidissimè in illius penetrauit viscera, ratus venas auri ab se ibi repertum iri, & thesauros quibus emeret Cœli pretiosas, atque immortales merces.

Ceterum, ne in paucis etiam ab exemplari
suo,

fuo, hoc est ab Emmanuele, descisceret, de-
ficeretque; quarta tormenti die beatissimas Cœ-
li regiones, etiam ipse (sanè gloriosa societate)
intrauit, decima sexta die mensis Augusti, anni
millesimi sexcentissimi trigesimali tertij.

R E O M A N

166





Einige Ruine, welche die Geschichte der
Stadt zu bezeugen scheint, ist die
von dem Kaiser Maximilian im Jahre 1550



Ignatius Kindo Iappon, Societ. IESV, pedibus suspensus,
& in foueam cingulo tenus deprelsus in odium Fidei
4 die moritur Nangalachi, 16. Aug. 1633.

ELOGIVM LX

IGNATI

KINDO



EX aquila imbelles, atque hebetes acie columbas: ex leone autem ceruos timidos, atque in fugam pronos, progenerare Natura erubescit: Quocirca ordo magnæ indoli consentaneus flagitabat iure suo, ut ab Hadriano Heroë inuicto, qui Christum Dominum professus fuerat usque ad sanguinis profusionem; Ignatius Kindo prodiret, pari præditus generositate. Neque res mira videatur, parentis vestigia filium sequi: patrum enim exempla filios sæpenumero ad imitationem sui pertraxerunt.

Ita nempe Philippus Macedo Alexandrum, Romanus Scipio Scipionem filium sibi cognominem, & Carolus Auis Sebastianum Principem Lusitaniæ, ad bellicam gloriam inflammaverunt. Perinde profusus à patre cruor, veluti tacito quodam clamore, Ignatium ad pugnas, ad

victorias, ad triumphos excitabat. Sed æstimare liceat statim sanguinis in Hadriano excellentiam. Abelis cruor clamat ad vindictam, sed cruor Hadriani prouocat filium ad misericordiã pariter atque ad felicitatem. Differt Ignatius ad patris exemplum se statim componere, donec latiùs & copiosiùs in corpore adulto impleantur venæ, quò vberius eum effundat.

Interim ex iuuenum Seminario, quasi è nidulo, explicans alas suas, vti euaserat summus in omni doctrina, Iapponiam peragravit, salutis imbre illam irrigaturus. Tandem ab exilio reuersus, & circumuentus infidijs, à Tyranno capitur, vnà cum P. Emmanuele Borges, & interimitur præclusus in spelunca quarta tormenti die, confluyente ad caput sanguine, & per oculos, per aures, per os manante.

Interijt prorsùs ea Fidei constantia, quam hauserat ab Hadriano Parète, atque à Maioribus suis. Ceterùm Ignatij sanguis, vel in primo tormenti conspectu intra venas efferuescens, diuersas in corpore vias & quasi ianuas sibi aperuit, ac videlicet, pròdeundo, particula eius quælibet ab alia vllatenùs vinceretur. Obijt 16. die mensis Augusti, anni 1633. Præsules de illius certamine cognouerunt.



Fig. 1. A vertical cylindrical object, possibly a chimney or a piece of machinery, supported by a wooden frame. The drawing is oriented vertically and appears to be a technical or scientific drawing from an old manuscript or book.

Handwritten text at the bottom of the page, likely a title or description of the illustration.



P. Iacobus Antonius Iannonijs, Societ. IESV pedib' suspōh'e
i' foveam cingulo ten' depressus, in odiū Fidei secunda die
moritur Ximabarae 5, 82 Aug. 1633.

ELOGIUM LXI.

P. IACOBI ANTONII

GIANNONII.

Patrem Iacobum Antonium Giannonium Bitontum, Civitas Italiae, in Orientem misit, planè virum cœlestem, & rerum diuinarum contemplatione in primis celeberrimam. Ut hinc aestimare sit pretia virtutum eius maximarum: quia in eiusmodi meditatione exardescit ignis, & dotes animi, tanquàm in officina, expoliuntur.

Quidquid erat arenæ aut theatri in Arimæ dominatione, id sibi elegit, veluti campum Virtutis & Gloriæ: & nihilominus angustias eas esse rebatur: vtpotè qui amplitudine maiori dilatauerat suæ spatia Charitatis. Hic viginti quatuor annorum intercapedine floruerunt egregij labores eius, hic sunt partæ illius victoriæ, hic trophæa erecta. Utinam verò ea, quæ tunc grassabatur, Tyranni crudelitas, non intercessisset! Exiuit è meta tam gloriosi curriculi, neque ta-

men fuga, vel maiestatem eius imminuit, vel fortitudinem contaminavit. Per saltus & nemora vagus pererrat, per concameratas petrarum cavernas in ærumnis vitam trahit, & solum defensus noctis beneficio, pagos & stationes antiquas repetit: vt Christianis opituletur à Tyranno exagitatis: vt eorum vulnera procuret, nutantesque ac penitus fractos animos confirmet, ac restituat.

Verùm ipsum hæc molientem cum tam insigni professione pietatis, demùm nec tenebræ, nec mutæ solitudines, nec silentium illud suscepti recessus à Tyranno satis eum defendere potuerunt. Incidit propè Arimam in impias eius manus, quæ viro fortissimo gloriam immensam pepererunt.

Extractus è carcere atque è vinculis Arimæ, inter vilissima plebis dictæria, irrisiones, & ludibria, per Pagos atque Vrbes Arimensis ditionis, medius inter socios circumducitur. Expectabat iam illum spelunca Ximabare. Biduo in ea pependit: & verè ibi reperit thesaurum absconditum, quem vt sibi cõpararet, omnia sua chariora, idest vitam ipsam, dedit, 28. die mensis Augusti, anni 1633. ætatis suæ 44. initæ Societatis, 37. olim professus. Imperante Toxogunsama, & Præsidente Ximabaræ Nangarodonus.



... ..
... ..
... ..
... ..




Ioannes Kidera, lappon, Soc. IESV, pedibus suspensus,
et in foveam cingulo tenus depressus in odium
Fidei 3. die moritur Ximabaræ. 29. Aug. 1633.

ELOGIVM LXII.

I O A N N I S

K I D E R A.



A Firando P. Iacobus comitem accepit Ioan-
nem Kidera, excultum præclaris animi
dotibus: quas in Seminarijs adeptus fuerat, vbi
sua iuuentutis florem exegerat. Diuisos cum Ia-
cobo rei Christianæ labores Ioannes habuit: sed
integros tamen mortis cruciatus est mira con-
stantia perpeffus: quia, postquam circumactus
per Vrbes risui expositus fuerat incolarum &
vulgi; pendulus in spelunca pertulit tormentum.
Triduo euoluto, ab horrida contumulatione,
surrexit ad cœlestia, imitator egregius Christi
Seruatoris: quem perinde, post tumuli triduum,
glorioso partu tellus enixa est ad immortali-
tatem. Desijt hîc in terris viuere, vigesima

nona

172 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*
 nona die Augusti mensis, anno millesimo sex-
 centesimo trigesimo tertio. Imperabat Toxo-
 gunsama, & Ximabara dominabatur Nanga-
 todonus.

I O A N N I S

K I D E R A



A Hirundo P. ...
 nem Kider ...
 horibus: quasi ...
 fac inuenitur form exgerat. Dicitur cum la-
 copore Christiane labores Idanes habuit: sed
 integros tamen mors cruciatus est: nris con-
 stantia perbellus: quis, postquam circumstans
 per Vires ritis expositus fuerat incolam &
 vulgipendulus in spelunca pertulit tormentum.
 Tudu evulso, ab hostibus commutatione
 turrex ad caelestia, imitator egregius Christi
 servatoris: quem perinde post mundi riduum
 glorioso partu tellus enixa est ad immortal-
 ratem. Desit hic in terris vincere, vigetis

non

ELO



Jacobus Indix in lapidibus Iesu
martyris etiam Iesu. 1511. 2. 17.



Iacobus Tacu-xima lappon Societ. IESV viuis cōcre-
matus in odium Fidei. XiKi, Sept. 1633.

ELOGIVM LXVIII.

I A C O B I

T A C V X I M A.



FIranti similiter nascitur Iacobus Tacuxima; hoc est, vir, quem appellaueris meritò Gratiaè pariter ac Naturæ miraculum. Nullus in dicendo argutior atque ingeniosior, nullus potentior in persuadendo, nullus magis idoneus ad promerendos animos omnium: eratque ideò probis quibusque apprimè charus, & Bonzijs dumtaxat metuendus, Nempè ij vehementer indignabantur, sibi à Iacobo eripi auitas ditissimasque animarum prædas. Idcirco in eum Tyrannus suam exerere immanitatem cœpit: sed ille, coniectus in tenebras, elusit aliquandiù conatus eius: etenim clam pavidos quosque munire, tum sermone cominùs, tum eminùs datis libellis perpetuò adnitebatur: ijsque artibus numero auxit magnopere Christiani nominis maiestatem. Tandem eum fatigatum XiKi vincula

174 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*
 cula inuenerunt: & in eodem loco flammis ex-
 stitit, trigesima die mensis Septembris, anni
 millesimi sexcentefimi trigefimi tertij, Toxogun.
 fama dominante.

I A M I X V O A T



Flandi in hoc, tis pariter ac dicendo arguitur adueniensior, nullus magis idoneus ad promouendos animos omnium: et quae idem probris quibusque apprimis eburnis, & Bonisjs duntaxat mactentibus, Neque si vehementer indignabantur, sibi à Jacobo erroris auras distilla-
 mense animi non perdas. Idcirco in eum Ty-
 rannus suus exere intamantem caput: sed il-
 le coniectus in tenebras, clausi stipulandi cons-
 tus eius: etiam clauis paribus quibusque muni-
 re, cum sermone committis, cum certius datis
 libellis perpetuo adhibebatur: sique aribus nu-
 mero auxilii magnopere Christiani nominis ma-
 Tanden eum largiuntur XIII vii

ELO-

ELOGIVM L X I V.

I O A N N I S

Y A M A.



TZunucunium, Iapponiæ Regnū, non sine ingenti sanè gloria, Ioannē Yama in hanc lucem edidit, virum admirandæ virtutis & verfatissimum in Iapponicis disciplinis. Sed in eo inprimis eminebat prædicatio Euangelij.

Quadraginta septem annos, exactos in eo ministerio atque in procuratione animarum ab ipso, enumerat Societas I E S U: vt facile sit cõijcere; monumentis gloriæ eius plenos montes, & plena trophæis eius littora fuisse: nec numerari posse illos, quos persuasionibus suis ad militia Christi stipendia pertraxit. Subcrescente persecutione, ne locorum intercapedo laboribus ab eo susceptis officeret; quietis impatiens, in omnes partes se transferebat, & Christianos regionibus disiunctos, vel ad prælia Domini erigebat, vel à turpi lapsu vindicabat restituebatque.



Z

Ce

Ceterum, Voxi fines inuisentem, per id temporis vincula nexuerunt, & apud Yendum retinere quadriennio: quo demum transacto, post mille exantlatos labores, supplicium eum excepit. Pergebat ad necem vir clarissimus: & tum, petito calamo atque atramento, hæc inscripsit: *Lapponia aternis urgetur tenebris, eiusque incola obcecati ruunt præcipites: eò quòd oculorum aciem auerterint ab Euangelyj Sole, tunc maximè radiante.* Lecto eo chirographo, Præsides abrogauere mandatum, & Ioannes restitutus est carceri. Sed unde in Tyrannis istæc adeò inopinata mutatio? vel eum aspexere specie ac vultu terribilem, quasi conuerso in hastam calamo; vel in scriptura eius, vt Balthassar olim in Babylonico pariete; suam legero perniciem. Idcirco ad eum in carcere conueniebant in dies purpurati: collatisque cum viro admirabili sermonibus rationibusque; tandem victi fatebantur, in sola Christi lege lethale vulnus generis humani posse perfanari.

Vt tot labores Cælum in Ioanne muneraretur, manu Tyranni ad speluncam eum traxit; in qua pendens mira constantia interiit, inense Septembri, anni 1633. ætatis 63. Imperante Toxogunfama. Descriptum in diplomate certamen eius Præsules Romam transmisere ad coronam.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible due to fading and the texture of the paper. It appears to be a single line of text, possibly a signature or a date.



Thomas Riocan, Iappon Societ. IESU, viuus
cō crematus in odium Fidei, Cocuræ, Sept. 1637.

ELOGIUM LXV.

THOMÆ
RIOCAN.



A Macausa, etiam Iaponiæ Insula, veluti suppetias ad Tyrannicū hoc bellum, Thomā Riocan misit, militem instructū virtutibus maximis, & qui magnos in pectore spiritus, instar bellatorum plurium, gerebat. Nullus eo linguæ promptior: quæ in hac militia Christi plus valet, ad verba vitæ æternæ profundenda; quàm gladius ad pugnandum, dummodo valida membra sint ad perferendum. Innumeros penè viros, palantes oberrantesque in Idololatriæ solitudinibus, facundia sua cœlesti aggregavit Christo: atque ita firmos & constantes reddidit; vt minas & impetus Tyrannorum persequentium strenuè contempserint, exemplo magistri. Hunc cum Patre Iuliano Nacaura Tyrannus comprehendit: catenarum duxit Nangasachum: & Cocuræ postremò lentis ignibus extinxit, simul cum

178 *Elogia Occisorum inodium Fidei,*
Ludouico Cafuco, & Dionysio Yamamoto, men-
se Septembri, anni millesimi sexcentefimi tri-
gesimi tertij, Imperante Toxogunfama,

А М О Н Т
И А С О Я



Maculae...
Riocan...
bellatorum...
promptior...
ad verba...
dus ad pug...
que ad per...
tantes oper...
ne in un...
impetus Ty...
templaria...
e Juliano...
tatum dicit...
o...
ELO-



THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY



Ludovicus Casucy Japon. Societ. IESV. vivus
cōcrematus in odium Fidei. Cocura. Sept. 1677.

ELOGIUM LXXVI.

L V D O V I C I

C A F V C V.



Magna etiam felicitas, simili obitu, Ludovicum Cafucum est prosequuta: qui Arimam, Urbem Iapponia, agnoscit altricem suam. Cum primùm ei ætas adoleuit, in Seminario educatus, flores virtutum inde carpsit: ut fertum sibi componeret, quo suam iuventutem exornaret. Quandiù ex Iapponia eum Dayfusama pedem efferre non coëgit, semper Iappones salutis doctrina excoluit.

Ex Manila reuersus, Patrem Benedictum Ferdinandum, per sylvas & deuia euntem, comitatus est, eo ingentium laborum consortio simul atque incremento; ut sanè miraculum fuerit, inter tot incommoda, in peregrinatione ipsa, cum è viuis non concessisse. Sed ad maiores pugnas seruabatur ex Cœli destinatione, ad vincula scilicet Cocuræ ipsi iniecta, & ad ro-

gum, quo ibidem extinctus est, mense Septem-
bri, anni millesimi sexcentissimi trigesimali ter-
tij.

I V D O V I C I
C A E V C V



Magna est
M
manu, Vrbem Sappo
Cum primis orator ad
caus, flores virtutum inde capite: ut ferunt
sibi componeret, quo suam inuentum coronat
fer. Quando ex Sappo
dem esse non cogit, semper Sappo
doctrina excoluit.

Ex Mania reuerfus, Patrem Benedictum Fer-
nandum, per Sylas & deus euntem, conu-
tus est, eo ingenium laborum consortio suum
adque incrementis; ut sane, musculum hanc
inter tot incommoda, in peregrinatione ipsa,
cum é vniis non concessisse. Sed ad maiores
pugnae servabat ex Coeli destinatione, ad
vnde licet Coetus ipsi antea, & ad re-



The illustration is a faint, embossed image of a standing figure, possibly a saint or historical figure, on a textured rectangular background. The figure is centrally located and appears to be wearing a long, flowing robe. The background has a fine, grid-like texture. The entire illustration is set within a rectangular frame on a larger, aged, yellowish paper.



Dionysius Yamamoto Iappon, Societ. IESU, vivus con-
crematus in octav. Fidei. Concuræ, Sept. 1633.

ELOGIUM LXVII.

DIONYSII

YAMAMOTO.



Dionysius Yamamoto Firoximensis patriæ
 alumnus in Iapponia, ijs virtutum radijs
 effulsit; vt ad tenebras regionis expellendas, nouū
 Phœbum exortum esse interpretari possimus.
 Hinc etiam liceat affirmare, ipsum Seminario, in
 quo aliquandiū vixit, communicasse, non ex eo
 accepisse, lumen virtutis.

Egressus è Seminario, veluti oblitus sui, totum
 se patriæ commisit, cuius vnus salus ob oculos
 ei obseruabatur: sed eum ex ingrata patriā exu-
 lem Macaum excepit, & simul statim habuit in
 veneratione præcipua. Tūm verò puduit ipsum;
 in otio marcescere, & quodammodo cessantem
 oscitari, in littore illo inaccessio ventis persecu-
 tionum: dum alibi fluctuarentur interim Socij
 in mari maximè perturbato: ac planè ignauium
 esse duxit, si cederet exemptus periculis dum-

com-

commilitones inter acies tyrannicas, quibus
 erant circumuenti, procumberent gloriosi. Ita-
 que irruit magnanimus: & quâ extendit brachiũ
 & manum, indicem viæ ac veritatis; vulnerat,
 non ad mortem, sed ad vitam: quâ verò exerit
 suæ tonitrua vocis, vniuersos commouet atque
 impellit, non ad fugam quidem, sed ad salutem:
 atque adeò perpetrat miracula etiam, non in ar-
 mis, sed in animis: singulos erigens & confir-
 mans, vt prælia Domini sustineant. Denique
 Cocurenſibus catenis vinctus, & flammis victus,
 immò victor vernus; inter firmissimos suorum cu-
 neos procubuit. Surrexit tamen spiritu, & in
 astra conscendit lætaturus: eò quòd in acie
 caderet, in qua tot lectissima Christianorum no-
 mina ceciderat: vt, Phœnici simillima, inter ignes
 è cineribus suis emergerent ad vitam mansuram
 & perennem. Dionysius in ijs flammis conſta-
 grauit, mense Septembrii anni 1633. Imperante
 Toxogonſama.








P. Michael Pineda Iappon, Societ. IESV, in exiliū relegatus in ortū Fidei, latitans in Iapponia hospitiū exturbatus, cæli iniurijs collectus moritur Nāgalachi. Sept. 1633.

ELOGIUM LXVIII.

P. MICHAELIS.

PINEDÆ.




EX Amacusa, Iaponiæ Insula, & patria sua
 Xiki, Michaël ad hoc atrox animarum bel-
 lum profectus est, vtraque manu gladium rotans
 versatilem & flammeum, aduersus draconē Ido-
 latriæ: vt Iappones, quippe Angelos suos, defen-
 deret, atque imperium Dei, Ecclesiæque Regnū:
 inter eos stabiliret. Dixi, vtraque manu: quia &
 virtutum suarum exemplo, & sacro Baptismi la-
 uacro aggressus est opus salutis; &, Numine pro-
 pitio, conatus est hostes Fidei debellare. Tot ipse
 gentes & populos diuino eo latice inaugurauit, &
 Christi iugo subegit; vt defecerint propemodum
 aque, & lacertos eius vigor natiuus penè destitue-
 rit. Eū Manila exulē gloriosum excepit: sed ani-
 mus eius, ab otio abhorrrens maximè, cui vtique
 non assueuerat; non valuit inter Hispanas, vt ita
 dicam, delicias quiescere; sed ad suos pristinos la-
 bores, & ad pericula se iterùm cōtulit: vt in ijs vi-
 ueret, ac spiraret. Michaëlem in patriā remigras-



A a

te,

se, fama statim vulgavit, & persecutioni eum obstare. Ergo explorat latebras omnes Tyrannus, in duras quasque cautes penetrat, fulminat iracundus, & Christianos terret, poenis grauiissimis intentatis; nisi eum occultum proderent. Quocirca is, qui P. Michaële receperat, costernatus minacibus edictis, nihil magis in votis habuit; quam ut ingrueret quamprimùm nox de Cælo, solito obscurior, immò fœda etiam tempestatibus, & imbribus horrida: & mox ita planè successit. Nam nocte illuni fremere inter se flabra vëtorum, micare fulgura, perstrepere tonitrua, & cadere de Cælo præcipientes imbres cœperunt: quos inter horribiles fragores, Michaël foràs euasit. Ita, dùm quasi alter Ionas projicitur in mare; desæuijt illicò fœda tempestas, quæ virum hausit instar balenæ, & in littora non quidē Niniuitarum, sed Cœlitum, exposuit. Noctis illius inclemētia, immanitas frigoris, horror Naturæ propemodum deficientis, ita perculit Michaëlem; ut, stupentibus neruis, & sanguine congelato, intra spatium tridui fuerit exanimatus. Videatur Cœlum ipsum anteuertere voluisse Tyranni conatus: ut caderet nobiliore manu Michaël; qui raptus est ad Cœlum mēse Septembris, anno 1633. dùm ageret vitæ annum 56. in ita Societatis 26. Imperante Toxogunsama.



Faint, illegible text or a watermark located below the illustration, possibly containing a title or description.




P. Benedictus Ferdinandus Lusitanus, Societ. I. E. S. V. post
toleratum viginti sex horas tormētū fossæ in ordīnū Fidei
ex eo depositus septimā post die extinguitur Nagalachi 2. Octob.
1622.

ELOGIVM LXXIX.

P. B E N E D I C T I

F E R N A N D E S.



Benedicti suaue nomen præmonstrauerat
 beatos & felices exitus eius, vel cum adhuc
 infans in cunis vagiret: vnde iã tũ, in eius corpus
 peræquè atque animum, benedictiones dulcedi-
 nis sunt vberem in modum deriuatæ. Patria,
 etiam conferre visa est ad fabricam eius admi-
 rabilem. Quis enim nescit, conducere pluri-
 mum nascituris fœtibus locorum generositatẽ?
 Cum ita sit; nemo mihi exprobet, ad hoc tam
 benedictum opus numeris suis omnibus absol-
 uendum non conspirasse Borborã, Translaganã
 regionis in Lusitania Oppidum fortunatissimũ
 atque amœnissimum etiam. Frondent ibi perpe-
 tuo nemora, saltus vbertim liliorum lacte candi-
 cant, rubescũt latè purpura rosarum planities, &
 vitiferi montes exhalant vindemiæ odorẽ, cam-
 pi luxuriant frugum & olearum fecunditate, &
 manant vndiq; riuulorum ac fontium perẽnitates.

Ad huius gloriæ cumulum facit præpinq̃uitas.



cum Villauizofa, quæ Duces, quæ Reges femper
 fpirat. Hinc intelligas, & facilè conijcias, Be-
 nedictum eum virum fuiffe, in quem patria con-
 tulerit omnes has Naturæ pulcherrimas dotes: vt
 mirabili artificio, quafi thefaurum in eo prouida
 occultaret. Nihil asperi, nihil duri in Benedicto
 erat; omnem quippe duritiem, asperitatem om-
 nem fibi retinuerant marmora ipfa, super quæ
 oppidum eius fundatur, cãdore dumtaxat & pre-
 tio accolis & alumnis fuis relicto. Vt id perſua-
 deam, argumento eo vno Naturæ vtar: quæ, fi
 tam effufa fuit in foli felicitatem; cumulatior ef-
 fe debuit proculdubio erga incolarum gloriam
 & claritatem.

Traiecit in Orientem Benedictus, anno 1602.
 & Oriente ipfo permoto in exultationem, ſola
 ingemuit patria, quæ tanto ſubſidio deſtitueba-
 tur. In ipſum ibi Iapponia vniuerſa, inclinata
 propemodũ in ruinam, incubuit: ne caderet, Ty-
 rannico impulſa & quaſſata turbine: & porro per-
 iſſet, niſi Atlas iſte colla ſubieciffet. Annos 27.
 fluctuatus in illo æſtu immaniſſimo Tyrannicæ
 tempeſtatis, animarum ſalutem procurauit ſem-
 per conſtantiſſimè: nec facile ſit enumerare, quot
 ipſe ad fidem Chriſti aggregauerit: niſi quis di-
 cat, ſydera Cœli eum numero æquauiffe, vel are-

nas etiam, quas Oceanus gurgite violento egerit in Africæ littora.

In afflictis rebus, erat cunctis sola men: erat in luctu, lacrymarum medicina. Nihil magis notum erat in vniuersa Iapponia, quàm, in ærumnis quibuscumque præsidium ab eo vnicè sperari posse. Sibi verò famam tam illustrem breui comparauit; vt Lusitanis, causa commercij illuc commeatibus, Ethnicisque, ex æquo charus esset. Id causæ fuit, cur Tyrannus exarserit desiderio eum videndi, habendique in potestate. Quapropter artes omnes adhibuit, vt id consequeretur.

Contrà Benedictus, è medio digrediens, foramina rupium & saltus adiuit, in eisque latuit: ne periclitaretur vita eius, ex qua videlicet omnium salus pendeat. Interim omnium malorū cohors in eas latebras incubuit. sola fames eum, ita extorrem Fidei causa, exsaturat: sola sitis aridum refrigerat, solaque nuditas operit egenum: ne multis, acerba eum omnia circumstant.

Diù ijs syluis inerrauit, dum circumobstreperent armati satellites: vt credibile sit, ipsas eum feras custodiuisse aduersus illorum sacrilegas manus. Sæpenumero quæsitus ad necem, delusa Tyrannide, euasit. Interdum miscuit sermones mutuos cum ijs ipsis quæsitibus, qui
 infi-

insidias ei & vim apertam parauerant, confusa eorum dem nequitia. Tandem, cum ei Cœlum iam pridem gloriam texeret, in præmium laborum, quos diu obiuerat; in manus armatorum, apud Nangatium venit.

Gestire, ac tripudiare Tyrannis eo demùm cætenato videbatur: cuius utique solum nomen Iapponiæ vniuersæ animos permouerat, vltimasque eius metas peruaserat impleueratque. Sed Nangasachum sibi prædam istiusmodi tam optimam vindicauit. Inter armatas acies Benedictus trahitur, & inter pedites eques ipse, quasi triumphali pompa progreditur, effusa in plateas Vrbe tota. Diceres, aut Cæsarem Gallia deuicta, aut Armenia subacta Pompeium, aut Scipionem Africa domita, Urbem intrasse. Introductus ad Præsides, ita eorum animos sibi deuinxit, & promeruit sua comitate; ut prorumperent in eius laudem, ac faterentur, à claro & illustri sanguine ipsum originem trahere: sed Benedictus subridens ostendebat eis bellicum apparatus, quo illuc stipatus aduenerat.

Sed illicò lætitiâ ponere, ac præferre in vultu seueritatem ipsum oportuit. Nam Præsides ausi sunt eum ad defectionem sollicitare: quibus cum incredibili quadam oris maiestate

respondit: Mirari se admodum, viros, cetero-
 qui tam claros, tam indigna & indecora sua-
 dere. Postea libellum Fidei suæ in manus de-
 dit: ac professus est, se proprium corpus tor-
 mentis exponere: vt in eo, tanquam in Lydio
 lapide, experirentur & probarent; vtrumne ef-
 sent omninò aureæ rationes, quibus eandem
 suam Fidem sanguine proprio erat propugnatu-
 rus. Præsides, etsi animis eorū alia infederat sen-
 tentia, metu Tyranni, ne videlicet offendere-
 tur, si cum illo agerent indulgentiùs; Patrem
 Benedictum spelunca puniendum esse decreue-
 runt. Quocirca, vnà cum Paulo Saitò commilito-
 ne suo inelyto, pependit in ea sex & viginti ho-
 rarum spatio: quibus exactis, semianimem à pœ-
 na extraxerunt. Eratque Præsidium deliberatio,
 mittere ipsum ad Regiam, vt Imperator dape il-
 la tam pretiosa saginaretur.


Benedictus, ex tormento recenti adhuc anhe-
 lans, non sine gemitu querebatur, speluncæ glo-
 ria sese à Tyranno fraudari. Tandem, septimo
 die euoluto, cùm ei renunciarent custodes, iàm
 in spelunca Paulum exspirasse; ipse, sublatis ma-
 nibus in Cœlum, inter hæc verba (Paulum ex-
 spectabam) felicissimè decessit.

Fortunati ambo! si quid meæ lucubrationes

valuerint, nulla vos dies eximet memoriae posteritatis. Clarissimi ambo vniones estis, quos indagantium labor & cura non nisi inuicem sociatos inuenit: & quorum nitores, etiam post funeris vestri tenebras, vnâ in æuum perseuerant! Crediderim, vna vos tantum anima vixisse: ideòque, cum in Paulo defecit, defecit mox illicò etiam in Benedicto.

Illud admirationem auxit: iniecta amborum corpora in rogam, vt in cineres soluerentur, vix mutuo contactu se tetigisse; cum statim cum Lusitano tum Iapponico idiomate sunt ibi ambo inuicem gratulati felicitatem suam.

Demùm Iapponia in eum virum supplicio extremo crudelissimè animaduertit, quem ipsa antonomasticè Iapponem appellabat: quemadmodum Roma Duces suos appellauit Africanos, Germanicos, Asiaticos. Sed hoc discrimen est: quia illis Germania, Asia, & Africa ex ruinis proprijs; Iapponia verò, ex suamet salute, Benedicto nomen fecit. Sub Toxogunsama, & Præsidibus Denxyro & Matafayemonio, apud Nangachum, Benedicti gloria data est in theatrum, 2. die mensis Octobris, anni 1633. ætatis 54. in ita Societatis 38. Olim professus.



Einmal hat man die Leiche in
den Hof geholt und dort
auf dem Boden liegen lassen
bis man sie wieder
aufhängen konnte.




P. Paulus Saitō Iappō, Societ. IESV, pedib' l'uspenlus &
in focieā cingulo ten' depressus in odium Fidei sept.
die moritur Nangalachi 2. Octob. 1633.

ELOGIVM LXX.

P. PAULI

S. A. I. T. O.



Tamba; Regnum Iaponiæ, Paulum Saitò
 genuit. In quo, si virtutem eius spectes,
 Cœlum dices repræsentari, nitore vario circum-
 fulgens: si consideres verò prædicationem eius
 Evangelicam, Paulum agnosces, vel similem ali-
 quam diuinitatis tubam: si flagrans animarum
 desiderium perpendas, latere propemodû in pe-
 ctore eius Æternam existimabis, ibique fulmina ex-
 cudi, quibus Idololatria expugnetur & protera-
 tur. In Macaum Daifusama Paulû eiecit; vtpotè
 natum ad Idolorum interitum, atque ad perfidiæ
 vltimam stragem. Attamen ipse quantociûs ad
 Cocincinam, & Tunkinum se contulit: ne otio
 animus aut hebesceret, aut corrûperetur: ibi pro-
 lusit ijs, quæ moliturus erat in patria: donec ad eâ
 personatus in habitu dissimulato redijt, exercita-
 tus laboribus plurimis. Demùm Xiki comprehê-
 sus, ad Nangasachû deportatus, & horrifico spe-
 cu excruciat. Sed hoc habuit in mali solatium;



vt iuxta Benedictum ibi appenderetur. In spelunca fuit septem diebus, sine vlla cibi refectio-
ne. Nec miror, etenim ipsi supplicia & pœnæ cõ-
uinium erant, quibus nutriebatur: &, nisi Bene-
dictus animam efflans admonuisset properan-
dum esse in illis pœnis; Paulus fermè adhuc vi-
uus perennaret.

Certè ipsius vires haud debilitarunt tormen-
ta: Immo custodes admirantes, tamdiù sine
cibo eum in cruciatu illo perseuerare; iubebat
ipse, à spelunca longiùs facessere: atque ita
succlamando, sibi suppetere adhuc vires, ostendebat. In tormento etiam professus est, se vti-
que non obiturum, nisi vnà cum Benedicto. neque
aliter euenit: siquidem audita eius morte, Be-
neditus exspirauit. Itaque hanc amico morienti
gloriam dedit, vt vitam ab ipso videretur acci-
pere: & hoc in Pauli morte speciosum fuit, quòd
eum Benedictus, instar Heliotropij, quasi Solem
abeuntem, in occasu sit sequitus. Sub eodem
Tyranno, eadem die qua Benedictus abiit è spe-
lunca in Cœlum, anno 1633. dum ageret vitæ
annum 57. in ita Societatis 26. Præsules de eius
& P. Benedicti certamine commentarios scripse-
runt ad coronas.



Faint, illegible text or a signature, possibly a title or author's name, located below the main illustration.



P. Ioānes de Costa Lusitanus, Societ. IESV pedib' suspēsus,
& in foueā cingulo ten' depressus in odium Fidei, quarta
die moritur Nangalachi, 8. Octob. 1677.

ELOGIVM LXXI.

P. IOANNIS

A. COSTA.



E Regione Urbis Vlyssiponensis, Tago am-
ne interfluente, non longe à ripa eius,
Oppidum explicatur ac diffunditur, nomine
Azeytonium, P. Ioannis a Costa natalitio clarius,
quàm Auerentium Ducum fede.

Omnibus numeris absolutum Naturam eum,
procuravit, virum strenuum, & nunquam ces-
santem, seu preces intus fundere, seu exterius
corpus afflictere liberet. Charitatem verò erga
Iàppones exercuit semper, tametsi esset inter-
dum in summis periculis constitutus: quocir-
ca in horrea Ecclesiæ intulit messem vberem ani-
marum.

In Dayfusamæ persecutione, ad Macaum exul

excessit: sed nautæ habitu statim occultatus, & naucleri nomine assumpto, soluit ex Manilæ portu, & in Iapponiam feliciter vela conuertit. Non potuerunt auræ, nauigij carbasa non inflare, cuius clauum nauicularius tam peritus gubernabat.

Appulsus, & ex naui egressus, procurrit in partes varias: & plurimos, qui metu Tyranni vacillauerant, in Fide stabiliiuit: erexit nonnullos, qui eam pauidi deseruerant. Non hæc tamen ei licuit peragere absque graui sui vel incommodo vel detrimento: quia diuagari perpetuò ac sedem figere ibi cogebatur, vbi nox ingrebat. pabulum syluæ ministrabant, somnum verò & quietem speluncæ: & aliquando in antro admodum profundo, nouem diebus latuit, cibo per funes ad eum demisso: aliquando ex antro simili extractus est, propemodum exanimatus.

Ad suos pristinos labores, & ad pericula se iterum contulit: vt in ijs viueret ac spiraret; in-
star Regis Mithridatis, qui proficiebat ex vendno atque eo vt perhibent, nutriebatur. Quamuis male appellauerim venenatos labores, pro Christo susceptos: cum eos videlicet potiùs mellifluos, & nectareos experiamur.

Tandem Suuo Regnum, illi ærumnarum meta fuit: vnde catenis oneratus perductus est Nangasachum, & ibi coniectus in tormenta.

In specu pependit quadriduo, inter Patrem Xyftum Tocuum, & Damianum Fucaye. Neque multum attulit molestiæ spelunca ipsi morienti: quia viuis assueuerat speluncis. Imperabat Toxogunfama, præsidebant verò Denxyrus, & Matayemonius. Dies tam gloriosæ mortis fuit octaua mensis Octobris, anni millesimi sexcentefimi trigefimi tertij, cùm annum haberet ætatis quinquagesimum octauum, quorum quadraginta duos in Societate transegit, in qua vota quatuor solemnia fuerat professus. De eo triumpho, ad coronam auctoritate Apostolica Præsules scripserunt.

Ioanni ad speluncam properanti obuius fuit Iappon quidam Christianus, qui à viro inclyto flagitauit, vt, in sui monumentum, aliquid pretiosum elargiretur. Recusauit Ioannes, vel ob animi demissionem; vel quia iam omnia secum immolauerat Deo.

E contra Christianus ille, nescio quo spiritu afflatus, Ioannis aurem petijt, & cultro statim abscidit. Postea eam Lupo Sarmento de Carualho, maximo nauigationum Iapponicarum

Præfectum, atque Equiti cruce insignito, tamquam pretiosum munus, non sine veneratione donavit.

Lector esto Iudex hominis, vel in ipsa pietate crudelis.



OLE



1771
The tower was built by the
British Government in 1771
to mark the site of the
old town of St. John's
which was destroyed by
the earthquake of 1755.



P. Xyltus Tocum Tappon, Societ. IESV, pedib' sulphureis,
& in foueam cingulo tenus depressus, in octiu Fidei, quin-
ta die moritur Nangalachi .9. Octob. 1677.

ELOGIVM LXXII.

P. X Y S T I

T O C V V M I.



IYum, Regnum Iapponiæ, patria fuit Patris Xysti Tocuumi, quem cuncti suspexere, uti omnis sanctitatis exemplar excogitatissimum. Ad illius gloriæ mensuram exprimendam satis fuerit commemorare; in Societ. 40. annorum labores in eo coronari. Sibi omnium animos mirabili Charitatis artificio demereri solitus erat.

Vix Macaum attigerat exul, cum veloci transitu rursus Iapponiæ intererat. In summa Tyranni perturbatione nihil erat tam arduum, quod ipse non obiret ultro: ne Christiani laborantes paterentur salutis detrimenta. Summa vi Tyrannus id conatus est efficere, ut in magistro discipulorum constantia debellaretur. Ideo quæsitus est in spelunca, unà cum Patre Ioanne à Costa, & Damiano Fucaye: in qua pependit dies


198 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*

die s. quinque constantissimè, cum Ethnicorum admiratione, sub Imperatore Toxogunsama, & Præsilibus antedictis. Obijt 9. die Octobris, anno 1633. ætatis suæ 63.

T O C V V M I



ELO-



Handwritten text, likely a title or description, written in a cursive script. The text is oriented vertically and appears to be a Latin or German inscription. The characters are difficult to decipher due to the fading and the angle of the page.

112



Damianus Fucaye Iappō, Societ IESV, pedib⁹ suspēsus,
G in forteā cingulo tenuis depressus in odium Fidei,
quinta die moritur Nāgalāchi 9. Octob. 1633 .

ELOGIVM LXXIII.

D A M I A N I

F V C A Y E.



ARimensis fuit Damianus Fucaye & in primis Catechismo præcelluit: quod munus pro animarum salute, & earum Christiana institutione, annos viginti exercuit, summa cum laude. Prælucebant verò in eo virtutes, tamquam gemmæ: erantque potissimæ illæ, quæ religiosum virum maximè cohonestant.

Genti lapponicæ, turbine Tyrannicæ persecutionis quassatæ, semper ipse, quæ verbis, quæ scriptis, quæ exemplis, opitulatus est. Demùm, ut cetera vitæ antea actæ ornamenta signaret sanguine; Nangasachi traditus est vinculis ac speluncæ, vbi constans vigor eius & singularis pietas mirificè apparuit. E' terris ad Coelum liber emigravit.



C c

gravit.

grauit, nona die mensis Octobris, anni millesimi sexcentissimi trigessimi tertij, sub eodem Tyranno.



ST. FRANCIS XAVIERS

COLLEGE

FATHER S LIBRARY,

30 WEST 13TH ST.

ELO

ST. FRANCIS XAVIERS
COLLEGE.

FATHER S LIBRARY,
30 WEST 18TH ST.

ST. FRANCIS XAVIERS
COLLEGE.

FATHER S LIBRARY,
30 WEST 18TH ST.

BRITISH MUSEUM

COINTEGR

BRITISH MUSEUM



P. Iulianus Nacaura Iappon, Societ. IESV, olim Romani
 legatus ad Summū Pontificem, pedib' suspēsus, & in foueā cingulis
 tenus, depressus. ^{quarta die moritur Nagalachi, 21. Octob. 1633}
 in ordin. P. aet

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

BRITISH MUSEUM

ELOGIVM LXXIV.

P. I V L I A N I

N A C A V R A.



PRæclaro genere suo Vomuram, Iapponiæ Urbem, & Patriam suam, satis Iulianus Nacaura decorasset: etiamsi non addidisset mortem, ab se gloriosissimè obitam: cum ceteroqui magni Principes soleant etiam humiles Pagos, in quibus nascuntur, illustrare.

Hic ille est Nacaura, quem Roma olim vidit & admirata est, anno salutis millesimo quingentesimo octogesimo quinto ad se missum inter alios Illustrissimos Adolescentes, à Regibus Iapponiæ, Francisco Bungeno; Protasio Arimano, & Bartholomæo Vomurenfi. Illum præ alijs Roma tunc dilexit, nescio quo induta sydere: ut quod futurum erat, huiusmodi ob-



C c 2

sequo

ST. FRANCIS COLLEGE
FATHER S. VERANO
WEST 10TH ST.

sequio prænunciaret: utpotè cum is, in odium Romanæ Fidei, viuis aliquando esset tumulandus.

Redditus Patriæ, vix viatoriam pentulam exuerat, cum humilem vestem Societatis IESU induit: id solum ægro ferens animo, quod non posset cum ea vel purpuras regales commutare. Anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo, inauguratus sacerdotali maiestate, & idoneus iam ad animarum procuracionem promouendam; in hoc salutis commercio sibi nihil, nisi labores, flammæ, & cruces, proposuit.

Profuerat illi, tot terrarum spatia mensum esse: quia, cursu expeditiore in diuersas Japoniæ regiones subinde migrans, captabat merces animarum pretiosissimas. In omnibus verò conatum suorum euentibus, ea virtute ac modestia semper se gessit; quam generosus sanguis ab ipso exigere iure suo videbatur.

Nunquam nisi faucibus exhaustis, & lacertis omninò defatigatis, cessabat, aut ab exercitio, verbi aut à sacro ministerio abluendi animas lustrali fonte. Eminebat in Patre Iuliano prædicatio Sancti Euangelij; etenim ex ore concionantis emi-

emicare flammæ, & verba vitæ æternæ prodire, credidisses.

Tandem Daifusama, in eum vociferans ac spirans minarum, latentem diù frustra quæsiuit, interceptis atque occupatis viarum compendijs, manu satellitum armatorum, ne ille, elaberetur. Ne multis, post triumphos mille Cocura eum vinculis tradidit. Apud Nangasachum constantiam animi eius, quasi adamantis, probauit malleus Tyranni: percutiens videlicet, vt frangeret: sed ipse fidem & generositatem suam, Præsidibus obnitentibus contra, inuictus obijciebat.

Quocirca Tyrannus, de exitu desperans, resupinum eum speluncæ intulit, vnà cum Patre Antonio de Souza, & Ioanne Matthæo. Pergens ad supplicium obuijs quibusque dicebat; se Iulianum esse; illum videlicet, quem Iaponia in Urbem Romam Legatum miserat: vt Christianos muniret exemplo, Ethnicos verò alliceret constantia. Quarto tormenti die, anima eius illustrissima ad Superos euolauit, vigesima prima die mensis Octobris, anni millesimi sexcentissimi trigessimij tertij, ætatis sexagesimo sexto, Societatis quadragesimo secundo, Imperante Toxogunsama. Antistites sacri, auctori-
tate

tate Apostolica, de pugna eius & sociorum, mi-
fere Romam commentarios, vt palmis deco-
sentur.





Handwritten text, likely a title or description, written in a cursive script. The text is mirrored and appears to be bleed-through from the reverse side of the page. It is mostly illegible due to fading and the angle of the page.



Petrus Iappō, Societ. IESV, pedib⁹ suspēsus, & in foueā cingulo
tenus depressus in odium Frateri quartā die moritur Nanga-
lachi. 21. Oct. 1633.

ELOGIVM LXXV

P E T R I

I A P P O N I S.



Iapponiæ fax ista, doctrina & vitæ sancti-
monia illuxit omnibus, amovitque tene-
bras Idololatriæ, præclaro prædicationis lumine.

Dùm Patriam vniuersam, instar belluæ præfe-
rois, dilacerabat Tyrannus Daifusama; ipse ade-
rat vbique, omnium auxiliator.

Dùm verò Christianis toto Regno diffusis,
& percussis metu persecutionis, præstò esset, ac
eis impertiretur monita salutis; sunt illi vincula
iniecta.

Apud Nangasachum suspensus, & oclusus
in spelunca, inuictus Fidei assertor, vitam ami-
sit, vt felicitatem æternam adipisceretur: quam
consecutus est quarto tormenti die, hoc est, vi-
gesima

gesima prima die mensis Octobris, anni millesimi sexcentissimi trigesimali tertij: Imperante Toxogunsama, Praesidibus Denxyro, & Matazaymonio.


P E T R I

L A P I S



I Apponit fax illa, doctrina & virtus
monia illius omnibus, amonitio tunc
das Idololatam praetere praedicatione
Dum Patre in vinctum, nullum bellum praetere
rois, dilaceratae Termanis Dabitur, plebs
rat vident, omnium auxilios.
Dum vero Christianis toto Regno
& periculis morum perditionis, praesidio
eis imperitiam mentes solent; tunc illi vincti
incedit.

Apud Nangyacham insperant, & occidit
in spelunca, tunc fides illorum, vincti
ut viderentur, tunc illi vincti
ELO-



Faint, illegible text, possibly a title or description, located below the illustration. The text is mirrored and difficult to read due to fading.



Matthæus Iappon Societ. IESV pedib' suspēsus & in
foueā cingulo ten' depressus in odia. Fidei quarta die
moritur Nāgalacht 21 Octob. 1673.

ELOGIVM LXXVI.

M A T T H Æ I

I A P P O N I S.



PEtri Iapponis vestigiâ insistentis Matthæus Iappon, non potuit in speluncam non incurere: quam ingredienti mox Cœlum patuit. Priùs tamen in animarum cultura adlaborans, cumulos opulentos ingentium meritorum sibi aggregavit, vt abscederet ditior: neque harum opum pondera eum ita prægaurunt; vt retardaretur, ne brauium æternitatis velocissimè consequeretur. Quarta tormenti die expiravit, hoc est, vigesima prima die mensis Octobris, anni antedicti, cum amantissimo commilitone suo, Petro Iappone, Toxogunsama Imperante, Præsilibus Denxyrò & Matazayamonio.

Ambo tam inuicti Athletæ fuere, vt, si ali-


*

Dd

quos

quos alios præterea viros habuisset Iapponia, qui eorum mensuram exæquarent; spes oboriri potuisset magnæ inclinationi obnoxiam fore Idololatriam, penitùs eorum cœlesti virtute dehelatam.







P. Ioannes Mattheus Adami, Siculus, Soc IESV pedibus
suspensus, et in foueam cingula tenus depressus in odium
Fidei, s. die moritur Nagasachi. 22. Octob. 1633.

ELOGIUM LXXVII.

P. IO: MATTHÆI

A D A M I.



E Regno Siciliae, Mazara Ciuitas Ioannem Matthæum in Orientem misit, anno salutis millesimo quingentesimo nonagesimo. Is per Asiae regiones illas spatatus, anhelauit ad Orientis gemmas: & lucro inhians animarum, spinas & tribulos laborum ac persecutionum, contempsit ac superauit.

Exul ad Macaum, continere se non potuit, quin remearet illicò, & per inaccessa Iaponiae Regna progredetur: visurus vltimas Imperij metas, vt palantes oues Christi quæreret reduceretque, nullis difficultatibus retardatus à suscepto salutis consilio. Deprehensus apud Nangasachum, spelunca affectus est, in comitatu Na-

*

Dd. 2

caura.

208 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*
cauræ, & P. Antonij de Souza. Quinta die
tormenti, & vigesima secunda die mensis Octo-
bris, anni millesimi sexcentissimi trigesimali tertij,
miro animi robore obiit, ætatis suæ 57. initæ So-
cietatis 38. expeditionis Iapponicæ 29. olim Pro-
fessus, iubente Toxogunsama, Præsilibus Den-
xyro, & Matazayamonio.





Einige von den besten und schönsten
in der Stadt zu sehen sind die
in der Kirche zu sehen sind die
in der Kirche zu sehen sind die




P. Antonius de Sousa Lusitanus Societ. IESV, pedib' suspēlus,
& in foveā cingulo ten' depressus, ubi vixit vsque ad nonam
diem, moritur Nāgalacki 26. Octob. 1633. in oātū fidei.

ELOGIVM LXXVIII.

P. A N T O N I I

D E S O V Z A.



Couilanium, Regni Lusitaniæ Oppidum, Dicecesis Egitanensis, Patrem Antonium de Souza in Orientem submisit, & in Iapponiam destinavit. Errori adscribendum videtur, quòd Pater Bartholomæus Guerrerius affirmaverit, Antonium laicum in Iapponiam venisse. Etenim res est comperta, eum Conimbricæ admissum in Ordinem nostrum, & Religiosum in Orientem migrasse, anno 1609. studijs nondum absolutis, quorum deinde curriculum explevit apud Macaum.

Ex ea vrbe, vt sacris ordinibus inauguraretur, nauigavit Malacam, secundissima semper aura: sed mox reuertentem venti in Iapponiam dispulere. Ibi peregrino habitu dissimulavit sacerdotium. & protexissent vtique vestes Esau virum eo schemate vtentem, nisi Iacobi mores

innocentissimi, & verba vitæ æternæ, quæ Christum redolebant, eum indicauissent. Ergo Macaum exul reijcitur: sed dulcissima recordatio laborum, quos obierat pro Christo; eum induxit, vt regrederetur. Itaque medius inter Emmanuelem Borges, & Camillum Constantium reuersus est.

Antonius, toto annorum duodecim interuallo grassante persecutione, pascuis saluberrimis gregem suum recreauit: &, cùm iam tellus dehisceret inspecus, exposceretque ad necem virum innocentem; maria eum suscepere. Pertulit, annos quinque, fluctuum incommoda, quibus nauæ obnoxij esse solent. Frequenter in littora exscendens, animarum prædas captabat: quod dum aliquando moliretur, apud Ozacam insidijs circumuentus; Tyranni præda fuit.

Compedibus pedes, manicisque onerantur eius manus. Mox torqueri cœpit perenni aquarum infusione, vt viscera cum eis egereret: tandem, Nangasachum ductus, in spelunca nouem dierum spatio pependit, admirantibus ipsismet satellitibus tam inusitatam viri constantiam. Efflauit animam felicissimè, die 26. Octobris, anni 1633. Imperante Toxogunsama, Præsidibus Denxyro, & Matazayamonio: ætatis suæ anno 50.





P. Franciscus Buldrinus Romanus Societ. IESV,
in exilium relegatus in odium fidei, in Lapponia latitās
in cryptis aerumis cōfectus, moritur in eadem ano. 1633.

ELOGIVM LXXIX.

P. FRANCISCI

BVLDRINI.



Noster hic fasciculus profectò minueretur pretio; nisi illum Roma suo etiam flore auget: nostra hæc acies debilitaretur robore, nisi Roma eam firmaret Romano milite suo. Quod si vetus Parœmia illud cecinit, *Romanum etiam sedentem vincere*; Franciscus id sedens ipse pariter superauit. Inuidere illi Cæsares, Pompeij, Scipiones, iure possunt: siquidem is, natus in Vrbe Roma, prælia gessit in remotissimis ijs regionibus, de quibus illi ne cogitare quidem poterunt.

Virtutes Francisci ac litteras eius testari Maccaum potest, apud quam Urbem sacrae Theologiæ thesauros auditoribus suis erogauit. Ante, persecutionem Daifusamæ, per annos aliquot, in summa pace inter Christianos tranquillissimè consenuit. Postea, turbine oborto, extorris Maccaum

caum venit: sed reuertit nihilominus, & afflictâ
Iapponia continuò experta eum est medicum
perinfirmum vulnerum suorum.

Laborabat perquàm impensè vir fortissimus,
vt id obtineret, ne diuinâ legem, medullis Chri-
stianorum in hærentem, vlla vis auelleret. Vt vi-
taret Tyrânicas inuasiones, commutare latebras
identidem coactus est: errabat in syluis, delite-
scebat in antris & speluncis: tandem emeritus in-
ter ærumnas, & consumptus laboribus, gloriosè
diem vitæ postremum obiuit, anno salutis 1633.
ætatis suæ 58. initæ Societatis 40. olim Professor.





Placatus Vires Lustris, dicitur EST Vires
Sicuti Est dicitur leporum, dicitur
Sicuti dicitur dicitur dicitur dicitur
Sicuti dicitur dicitur dicitur dicitur



P. Sebastian^o Vieira Lusitan^o Societ^o IESV Vice-Prouin-
 cialis & Episcopat^o Iaponiæ Administrat^or Apostolic^o pedib^o suspensus
 & in foueam cingulo ten^o depressus in ogn^e igne tertia die in fouea
 iniecto, moritur Yendi, 6. Iun^o ^{Fidei} 1634.

ELOGIVM LXXIX.

P. SEBASTIANI

VIEIRÆ.



HUc ades, ac prodeas tandem in Theatrum,
 ò Sebastiane Caſtri Arij Patriæ tuæ in La-
 macenſi Dicoceſi gloria ingens, decus Luſitaniæ,
 Sol Orientis, ac ſalus Iapponiæ. Hæc illum de-
 coravit Romani nomenclatura: & annuiſſe Ro-
 mam interpretor, cum pro eius amplitudine, ac
 maieſtate aſſerenda ipſe labores propemodum
 innumerabiles exantlauerit. Quas inſulas lon-
 giſſimè diſiunctas non adiuit? quæ non tranſcê-
 dit iuga, & promontoria? Aut quem Oceani ſi-
 num, monſtris infamem atque æſtu violentum,
 non ille tranſnauit? Nulla pars pelagi erit, quæ
 non conſueuerit ex aſpectu eius dulciſcere: nul-
 lum littus, quod ſuderibus eius non immadue-
 rit: & nulla barbaries, quam eius doctrina non
 manſuefecerit. Vbique ab eo, ſed in Iapponicis
 campis præcipuè, proſeminata Romana Fides ſta-



E e

tim

tim incrementum dedit, cruore eius præfertim
irigata, & vifa est flauescere in vberriam
messem.

Parum est, viro cognomini suo Romam an-
nuere: spero futurum, vt in numerum Marty-
rum aliquando eum referat, & hoc ei Urbanus
Pastor Summus olim peroranti adpromisit.

Is primùm venit in Orientem, anno Domini
1602. vir generosi pectoris, & cuius spiritus non
nisi magna erat moliturus. Quater Iapponiam
intrauit: vbi, haud facile sit referre, quot Iappo-
num greges, cruore Agni obfignatos, in Cælum
miserit; haud, quot Idola sic demolitus. In iri-
glifcente Daifufamæ perſecutione, ad Manilam
expulſus est: sed reuerſa aſſuante animo, præ
Martyrii cupiditate. Dein à Moderatore ſuo
miſſus Macaum eſt. vbi, menſe Decembri, anni
1623. quia Prouinciæ Comitia tunc habita ſunt,
electus Procurator eſt, & Romam profeſtus. Ibi
Sacrum Eccleſiæ Senatam admiratione ſua re-
pleuit: ad Urbanum Pontificem orationem ha-
buit diſertiffimam: eique pugnas Chriſtiano-
rum atrociffimas ita expreſſit perorâdo; vt Pon-
tiffex à lacrymis non temperauerit: qui poſtea
eum cumulatim gratijs, & piacularibus Indul-
gentijs, in Iapponiam remiſit.

Pro comitatu secum ex Europa adduxit florē
 Iuuentutis, feliciterque Macaam pertenuit. Ibi
 reliquit Socios, quasi pullos implumes: quos ipse
 alis explicatis, instar Aquilæ, ad volandum pro-
 uocauit, dum ex eorum conspectu in Iapponiam
 properauit. De eius aduentu statim rumor per-
 crebuit: ideòque Tyrannus quæsitores destina-
 uit in itinera diuersa & quò faciliùs posset eo po-
 tiri, iussit, Sebastiani vultus lamina incisos, ac
 pictos in papyro, per Vrbes promulgari. Sic Tyrá-
 nus, vel inuitus, honorem ei curauit: dū penicil-
 lo exprimi voluit, quem nondum Ecclesia conse-
 crauerat. Conscijs harum infidiarum, Sebastia-
 nus ex continenti in mare secessit: nō tam metu,
 dixerim, quàm, vt Charitatis incendium temper-
 raret: sed cum ipso illuc Tyrannus conceffit, &
 iactis retibus in Ozacæ littore, extraxit ex pelago,
 vnionem pretiosiore Orientalibus margaritis.
 Edictis lætitiæ argumentis plurimis, vibratisq; hūc
 atque illuc hastis suis, certatim satellites sibi gra-
 tulabantur, quòd ea tam insigni præda Romanū
 cepissent. Sed cumulatius multò Sebastianus
 exultabat: sperans videlicet fore, vt expolitus eo-
 rum manibus, gloriosam mortē obiret. Mox il-
 lum habuit in vinculis Nangafachum, & Vomura,
 cum Socijs quinque, quos Religioni aggrega-



uerat, vtpotè Viceprouincialis. Vix ad Urbem, Regiam Yendum peruenit, cùm insonuit quasi Euangelica tuba: & ad eius voces Urbis propugnacula, hoc est, Præsides Populi, dedere manus, & corruerunt tanquam victi. Tyrannus ipse accurrisset prouolutus in genua, nisi obserasset aures, ne Sirenis huius innocuæ cantum audiret. Iussit ergo abiurare legē diuinam. Sed Sebastianus interritus: 63. annorum spatio (inquit.) Deū Optimum Maximum erga me sum expertus semper liberalem, & munificum: & ideò, cùm me inopem beneficijs amplis locupletauerit; nequeo ab eius Religione desciscere. Quare Tyrannus pro libitu adgereret vincula, oneraret ærumnis? Videri sibi omninò Toxogunfamæ anteferendū Deum, Naturæ totius Conditorem.

Compeditibus, & ferreis manicis constrictus, in Prætorium educitur: sed conspectu eius scelerati homines torquentur, si quo modo in alieno capite ac periculo possent veritatem condiscere. Benè custoditum eum eduxere barbari satellites: metu videlicet, ne, si expeditus ac liber esset, exstimulante a dore pectoris, spontè in tormenta prorueret. Fassus verò est, se Oceanum pœnarū & suppliciorū exoptare, quæ vnico haustu vltro exsorberet: dummodò facultas daretur profeminandi
doctri-

doctrinam Euangelij. Connuere visi sunt Praesides, pro tribunali sedentes, & tunc euenit res memoratu digna. Etenim Sebastianus solo 14. horarum spatio praecipua Fidei mysteria, exorsus ab homine primum condito, in papyro admodum angusta complexus est. Non minori profecto artificio Iliadem Homeri redegit Strabo in tenuissimam membranam: & daret multo aequius huic admirabili commentario Alexander Regis Darij scrinium, quam Homeri fabulosis carminibus.

Mittitur haec Imperatori epistola, salubrior multo, quam Alexandri pagina, dum is febris oblanguesceret. E' folio libellus euoluitur, & legitur: in quo summatim res Fidei nostrae exponebantur Tyranno, & Purpuratis eius in eum intentis. Is, qui scripturam legebat, eo iam peruenerat, ubi Sebastianus differebat de Animae immortalitate. Tunc, indicto silentio, Imperator haesit, profunda meditatione abreptus: & mox, non sine oris turbatione cogitabundus: Ille, inquit, est verus Pater. posteaq; ad Proceres conuersus, ancipiti animo & vultu haec adiecit: Quid faciendum nobis erit, si haec fuerint consentanea veritati?


Vtinam sagitta illa, diuinitus in pectus eius vibrata, eum induxisset, ut sitibundus quereret fluenta Baptismi! Vtinam radius ille lucis tenebras

men-

mentis ita dissipasset; vt agnosceret, se atque vniuersam Iaponiã in perniciem ire præcipites: Ad Arimæ ostium stetit: ac pulsauit Deus, cui si adiutur aperuisset; quot, & quantæ in Iaponico Imperio ianuæ, ac viæ ad Cælum, & ad Superos patuisset!

Interim, cum omnes merfi alto silentio essent; Imperatoris auunculus, ætate confectus & maturus iam gehænæ, adfatus Iuuenem Tyrannum, pronunciauit, Sebastianum esse mortis reum: implorauitq; maiorum leges, ex quarum præscripto ille plecti ac puniri deberet, quippe qui leges alias induxerat, aduerlantes Idolis, ac prisca illorũ superstitioni. Hæc audiens Imperator, fronte seueriore iubet; iuxta imperij leges, P. Sebastianum damnari. Quocirca, in ipso Regiæ Ciuitatis cõspectu, & coram Tyrãno, resupinus in speluncã demissus est, medius inter alunos quinque, Societatis Religiosos, qui eodem tormento sunt interfecti.

Sebastianus, vna non contentus pœna, sibi antea rogum prænunciauit, & ita euenit. Exacto enim triduo, cum iam exspirasset alij, expectabat ipse flammam, & in eas ipsum carnifices tanquam solatij causa protruserunt. Desflagrauit 6. die mensis Iunij, anni 1634. ætatis suæ 63. initæ Soc. 45. Eiusque res gestas, & certamina, Sacri Ecclesiæ Antistites in Romanam Curiam transmisere.



Faint, illegible text or a signature, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



Quinqz Iappones, socij P. sebastiani Vieira Soc. IE
SV, pedibus suspensi et in foveam cingulo tenus de
pressi. in odium fidei 3^a die moriuntur Yendi, 6 Jun.

1674

ELOGIUM LXXXI.

Quinque Iapponum Sociorum

P. SEBASTIANI VIEIRÆ.



Quinque hinc affero inelytos & fortissimos:
bellatores: qui, etsi patria carent, cuius
vtique notitia certior non habetur, non
ideò sunt extra gloriam: vel quia nulla Vrbs in
Iapponia digna est Ciuibus tam gloriosis; vel
quia Cælum ipsum eos in Ciues & Colonos
transcripsit. Sed ignorantur etiam Virorum
tam illustrium nomina, eaque in hoc volumi-
ne desiderantur, quia exarata sunt proprio eo-
rum sanguine in Libro vitæ. Attamen erit loco
nominationis, summa eorum felicitas & gloria:
quòd videlicet ante oculos Patris Sebastiani, Du-
cis atque Antesignani sui, in speluncam abdi-
ti in odium Fidei, occubuerint. Accessit etiam
ad felicitatem ipsorum, quòd palmam, & coro-
nam,

nam, quam alij, ætate ac meritis cumulati, post
 arumnas mille, vix consequuntur, ipsi, recentee
 in Societatem I E S V admissi, rapuerunt.


Quindie Iapponum Societas


SEBASTIANI VIKER



Quindie hic auctoritates & testimonia
 belliores sunt, et pariter cariorum, etiam
 videtur non certiorum, sed non
 ideo sunt iniquiores, vel quia nihil veritas
 sapientia digna est, quibus tam gloriose, vel
 que etiam ipsi eos in Cines & Colores
 transierunt, sed ignorantiam, etiam Victoriam
 tam illustrem, non tam, eoque in hoc volumi-
 ne delibet, quia exarsit tunc proprio co-
 rru sanguine in Libro vite. A tamen est loco
 nominantis, in una cornu scilicet & gloria
 quod videlicet ante oculos Paris Sebastiani, Du-
 cis acque Anthoniani sui, in belluam abdi-
 ti in opum Fidei, occupant. Accessit etiam
 ad feliciter ipsorum, quod pariter, & coru-

ELO






P. Didacus YuKi Iarpon, Societ. IESV pedil^o suspēsus,
Et in foueam cingulo ten^o depressus in odiū fidei tertia
die moritur Ozacæ, Febr. 1636.

EL O G I V M L X X X I I .

P. D I D A C I .

Y V K I .



DIdacum Yuki Aua in Xicoeu progenit !
 qui ab incunabulis propemodum, ad Se-
 minarium translatus, inde aggregatus est ad Or-
 dinem nostrum, anno millesimo quingentesi-
 mo nonagesimo quarto : & ita statim profe-
 cit, ut emeritis etiam exempla virtutum præ-
 buerit .

Daifusama sæuiente, delituit quidem : sed in-
 credibile est, in quot varios Iaponiæ tractus
 clàm penetrauerit, & quàm multis saluti fuerit,
 instar Magnetis lapidis, qui arcana vi ferrum
 attrahit : sic enim è latebris ipse plurimos ad Fi-
 dem adduxit .

Prope Ozacam, intra horridum nemus, à Ty-
 ranno comprehensus est, & in speluncam con-
 iectus : in qua constantissima vita eius defecit,

222 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*
 mēse Februario, anni millesimi sexcentefimi tri-
 gesimi sexti, aetatis suae sexagesimi, in ita Socie-
 tatis quadragesimi primi: Dominante Toxo-
 gunfama. I C A A D D P

I V K I



Dilectum Ynk...
 quibz inde...
 munitum...
 dicitur...
 mo...
 cit, ve em...
 pherit.

Dilectum...
 credibile est, in quor...
 quam penetravit, &...
 in...
 dem ad...
 Ty...

...
 ...
 ...
 ...
 ...

ELO-



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



P. Marcellus Franciscus Mastrilius Italicus Societ. I. E. S. V.
pedib⁹ suspens⁹ et in fovea iugulo tenus depress⁹ in odium
Fidei 4 die absciso capite moritur Nangasachi 17 Oct. 1637.

123

ELOGIUM LXXXIII.

P. MARCELLI FRANCISCI
MASTRILLI.

Marcello, Neapolitana Urbis Alumno, manibus date lilia plenis: non autem purpureos flores, quia purpuram ipse sanguine suis communicabit. Marcelli clara multis titulis Familia, & clarior Patria, quam eiusdem purpureae lumine supra modum illustravit.

Is Caeli cura praecipua fuit ab incunabulis ipsis, eumque Caelites custodierunt à pueritiae periculis. Fuisse insuper eum S. Francisci Xaverij delictum; probavit euentus: quia hic Iaponiae Apostolus ex maximè diffinis regionibus, hoc est è Numinis ac Superum Regia, descendit, ut ei mederetur in lethali vulnere; quando maleus deciduus supernè Marcelli caput laesit ictu violento ac mortali. Xaverius spectare oculis caelestibus non recusavit, aut horruit putredine Marcelli vulnus: neque infici se sanguine illo ra-

tus est, qui in odium Fidei erat effundendus: immo eo, quasi odorati balsami rore, mirificè est oblectatus.

Sanauit vulnus prorsus arte ecclesiæ, ita, vt ne cicatrix quidem superfuerit. Merces verò curationis fuit, vt sospes Marcellus in Iapponiam proficisceretur. Quam expeditionem, grati animi ergo, ille non distulit: sed, admirante Europa vniuersa, consecuturus prænunciatos sibi ac Xa- uerio honores, Vlyssipone conscendit nauem, die prorsus benè augurata, hoc est eadem die, qua olim Xauerius, 7. nimirum Aprilis, 1635.

Reueritus Oceanus est Marcellum, eumque agnouit quasi Xauerij vmbra esse: nam ex conspectu eius aliquoties in mari vndique cõferenauit, & fluctus ipsi dulcescere visi sunt. Vbi Goã peruenit, nihil habuit Marcellus aut prius aut potius; quàm vt prouolueretur supplex ad Tumulum Xauerij, ibique artus, ex tam longæ nauigationis incommotis & nausea propemodum tabescentes, inter nocturnas vigilias, quasi inter delicias, refecit. Ibidem, vt exstaret grati animi eius documentum, proprio sanguine in papyrum infuso Beatum eum Tumulum consignauit. Exclamare liceat: O Marcelli erga Xauerium dulcissimos amores! Et, prius quàm Deo, sangui-

nem suum dispensat: & ut Xaverio illum tribuat, ipse sibi infert cruentas manus: ut Deo largiatur, ferrum Tyranni opperitur.

Sed, si videatur in hac parte à Xaverio Deus propemodum superari; superat vicissim Xaverium Deus, dum hunc Marcellus deferit, ut Macaum proficiscatur. Sed navis piratica Batauorum, & fluctuum rabies, ad Manilam eum dispulere: nec fortuito sanè, ut posset Hispanus de Hoste suo Mindanao triumphare. Rogatus bello interfuit Marcellus, & præsentia sua precibusque plurimum profuit: nec sine ingenti miraculo, plumbeus globus ex tormento excussus sine ictu ac sine damno in Marcelli corpus fuit: nempe is è tot spatijis terrarum feruabatur illæsus, donec ad Iapponum speluncam & gladium perueniret.

Alius globus perinde in Xaverij sacram Iconem incidit, quæ instar vexilli supra Hispanorum acies explicabatur: sed, ubi primùm nitrato puluere agitatus illam attigit, innoxius decidit, quasi eam esset exosculatus.

Tandem in Iapponiam traductus Marcellus occultauit se in Fiungæ syluis: sed eum prodidit fumus ex igne in auras diffusus, atque aduentare hostem Idololatriæ, indicauit. Eo signo, quasi
classi-

classico, exciti ad arma sunt satellites Tyranni. Circumeunt igitur collem numerosum, eumque in preces procumbentem inueniunt: etenim, in terris degens corpore, Cœlum animo & mente peragrabat. Mons vniuersus nutasse dicitur: quasi doleret, spoliari se tam grato & tam pio hospite.

Nangasachi primùm aquis punitur. & tunc infusæ in os eius sine intermissione fuerunt amphoræ quadraginta, tanta lictorum pertinacia, vt vix spiritum interclusum reddere permitteretur. non tamen hoc aquarum diluuium pœnarum in eo sitim extinxit. Dum carcer à pœnis Marcellū retardat, mutatur locus in Paradisum, tenebræ in splendorem nitent, & carnifices (ceteroqui effœrati homines) quasi agni mansuescunt. Mox è carcere ad spelancam educitur equo inuectus. Confluere Cœlum visum est ad spectaculum, studio intuendi Neapolitanum, immò Romanum Equitem. Circulos ferreos, in lunulas mutatos, Cœlū subtexit alutæ, & manicas vertit in aureos annulos, digitisque inferuit: ac, mutato in torquem ferreo monili, Torquatum eum effecit. Concine liceat priscum illud *Triumphe!* Rapitur ad supplicium frenato ore, capite eraso, & facie oblita minio, vt omnibus esset

esset ludibrio: quamquam ijs, qui aderant, nec Lusitanis modò, sed Iapponibus, & Hollandis etiam; venerationi spectaculum fuit.

Quatriduo euoluto, ex quo in spelunca pependerit, prorsus ea constantia, qua Marcellum decebat, gladio subijcitur. Carnifex ictum vibrat, sed gladius illicò ex manu exsiliit percutientis, renuës videlicet innocentis viri homicida esse. Lictor, nouum ensẽm arripiens, iterum frangere ceruices eius nititur: sed ferri acies supra iugulum, veluti obstupesceri venerabunda visa est. Nec eũ ausa lædere, donec Marcello annuente, ac vim præbente verbis suis, tertio percussit: non tam vt læderet, quam vt ex nexu corporis Beatissimã eius Animam expediret. Ergo labitur Marcellus, vt surgat: & lan guelictus, inftar floris purpurei, cum aratro succiditur. Ad occasum eius cœpit mons ille tremere ac subsultare, quasi cuperet cum Marcello dissolui.

Præterea aduersus corpus eius iam exanimatũ carnifices certatim gladio exerto crudelitatem suam de integro exercuerunt. Nec satis fuit scuire ferro, nisi flamma etiam scuirent. Redegere itaque beatas eius exuias in cineres, & hos insuper in campos, atque in amnes circumfluos, sparserunt. Benè est, Marcelle! Per loca iaces diuersa,

228 *Elogia Occisorum in odium Fidei,*

nec vno capitur tumulo ruina isthæc tua. Iaces
 inhumatus, vt intra hominū corda sepeliaris: ac
 diffunderis, quemadmodum solent semina: vt
 sperare liceat, tot Marcellos inde nascituros, quot
 guttæ sanguinis manarunt, & quot sunt cineres
 ex rogo dispersi. Die 17. mensis Octobris, anni
 1637. triumphauit de Tyranno Toxogonfama,
 ac de Præsidiibus Babafaburozayemonio, & Finda.



Præterea aduersus corpus eius iam examinatum
 carnifices certat in gladio exerto crudelitatem
 suam de ingenio exercuerunt. Nec satis fuit
 nec ferro nisi hanc etiam sciant. Redegere
 hanc peras eius exuas in cineres, & hos in
 per in campos, atque in annes circumfluos par-
 tiant. Bene est Marcelle! Per loca iaces diuersa



Petrus Lappin sive Petrus Lappin
Abbas in anno 1642 obiit



P. Petrus Cassui Iappon societ. IESV varijs crucia-
tibus in odium Fidei occasus Yendi Augusto. 1633

ELOGIUM LXXXIV.

P. P. E. T. R. I.

C. A. S. S. I.

Vix in lucem Vomura P. Petrum Cassii ediderat, cum Seminarium ad se illum rapuit, & omni virtutum genere informatum, non ita multò post, patriæ auxilium transmisit. Hæc tamen, imperante Dariusama, emigrare ipsum coegit, & tunc incessit eum vehemens cupido inuisendi, atque adorandi sacra ea Palestine loca, quæ Christi Domini Servatoris sanguine immaduerunt, olim sanctissimis vestigijs eius impressas, & quæ adhuc nostræ salutis retinent monumenta.

Itaque in Indiam soluit: aura diuina etiam obsecundante, traicit Persiæ deserta: adit Hierosolymam: & postquam beatis illis stationibus non corde minùs, quàm corpore, aliquandiù ex voto adhæsit, in Urbem Romanam profectus est. Ibi, ratus, iniquum esse si humana respueret, postquam

spectator adfuerat diuini theatri, in quo Christus sanguinem sparserat; oculos, quibus licuerat scenam illam contemplari, seculo clausit. Societatem IESU Romæ ingressus, anno 1620. in patriam remeauit: vt Christi sanguini, quem animo penitus hauserat, proprium adderet cruorem.

E' vestigio Mozambicanos, Malacenses, Sionefque inuifit, vbi biennio ad nauis oblongæ transtra remigauit nudis pedibus, & nudo etiam capite, si forte posset ea ratione occultus in patriam peruadere. Sed, cum non successisset, nouo vsus consilio, ad Manilam egit: mancipiū: vt certiùs falleret oculos eorum, à quibus obseruabatur. Tandem Iapponiam intrauit: & Nangasachi Christianos penè vniuersos restituit, quorum plurimi nutauerant in Fide, ex horrore aquarum sulphurearum.

Deprehensus ad Septemtriones, Yendi, Vrbe Regia, inuictus in tormentis occisus est, mense Iulio, anni 1638. ætatis suæ anno 51. Imperante

Toxogūnfama

A P P E N D I X.

Postquam descripsi Heroës Societatis I E S K, viros virtute atque constantia verè immortales, quorum ebibit sanguinem sitiens Iaponia, profusum in odium Fidei Catholicæ; subiit animum regijs floribus coronare hunc nostrum Fasciculum, exortis in plagæ Iaponicæ viridario: hæc enim sola regio inter alias protulit regios flores, de quibus interpretari possimus enigma illud Poëtæ: Inscripti nomina Regum nascentur flores Hi sunt: Bartholomæus, Rex Vomuræ, non minüs Baptismi primatu, quàm sceptri dignitate illustris: Franciscus, Rex Bungi, celebris in primis Iaponicis litteris, atque annalibus: & Iustus Vcon-donus, constantiæ laude planè inclytus: quibus, veluti adamantinis columnis, Iaponiæ Christianæ Obeliscus triumphalis cum gloria sustentatur. Licet verò habuerit Iaponia Christianissimos Reges, Ducesque insigniter pios, & Dynastas religiosissimos, quemadmodum te-

stantur Chronica Nobunangarum; hi tresta-
men ita ceteros pietate antecesserunt, quemad-
modum maximus Planetarum ignes ceteros
minores antecellit, & obscurat. Hoc certè in-
duxit me, ut saltem eorum umbras hoc loco ex-
primerem, si quidem assequi lucem non potue-
ro: cum in ipsis alioqui nihil unquam obscuri
notari, aut deprehendi potuerit.





Sanctus Rex Vindictae
Fuerit in hoc mundo



Bartholomeus Rex Volmura primus Iapponesiu
Principum Fidem Christi amplexus .

E L O G I V M

D. D. B A R T H O L O M A E I

Regis Vomurae.



Bartholomæum, Yacatae Arimensis Cegani-
 doni secundogeneritum, Vomurenſis Regi-
 na adoptavit in filium. Is Umbrae Princeps iam
 electus, Regina è viuis excedente, ſuſcepit Vomu-
 renſis Regni gubernacula, dignus enim uero
 totius Orbis Imperio. Adhuc Cathecumenus,
 impetrata à Magiſtro uenia, ſuſpenſam è collo
 auream Crucem geſtabat: eaque obarmatus, ob-
 iſtat interritus omnia belli pericula. Nec potuit
 hoſtiles exercitus ſæpiùs non ſternere ac diſſipa-
 re in eo ſigno, in quo Conſtantine Maxenti
 Tyranni cæcidit acies. Ei aliquando caſtra
 promouenti eum obijceret ſe delubrum Ethni-
 corum, illud ſolo æquauit: atque Idolum eius,
 quod vulgus inſcripſerat *Bellicam Fortunam*; in
 ludibrium vaniſſimæ illius appellationis, manu
 ipſe ſua iugulauit.

Saluberrimas Baptiſmi aquas, quas expetite

rat diù; obtinuit demùm, anno Domini 1563. easque infudit Cosmus Turrianus, Xauerij socius gloriosissimus. Sed, quæ sunt arcana Dei iudicia, quasi adhuc madidus ijs lustralibus aquis debuit insidias experiri, quibus eum impetere atque adoriri visa est Gehëna, tenerum videlicet, ac tyronem in suscepta recens Religione. Mille periculis eum irretire tentauit, atque exagitare; mille intestinis motibus: sed ipse tamen, domitor infortuniorum omniũ, stabile ac certum habuit, potius purpuram & coronam proijcere in turbulentos eos fluctus, quàm se veste nuptiali exuere.

Regni Proceres rebellarant, & pollicebantur rursus ei obsequij reuerentiam, si Christum eiusque Fidem eiuraret. Prouocari se inclytus Rex ad iustam iram sensit ea tam iniqua Procerum suorum petitione. Ergo educit acies, victoria potitur, rebelles castris exiit, & in officium eos redigit. Vix tamen Lernæa capita fuerunt ab eo rescissa, cum renasci horribiliora visa sunt ex vulnere & sanguine. De integro commouent nouas belli causas, & Regem paucis stipatum, oclusumque in exigua munitione, circumstant; cum autem non possint in absentem eum sæuire, in templa saltem sæuunt. Exstimulari Rex illic cœpit ad vindictam, & vt puniret hostiũ sacrilegas

gas manus, oblitus periculi sui, cum equitibus nō
 amplius quadraginta (sed qui ad facinus quoduis
 arduum erant paratissimi) ex munitione impro-
 viso egreditur, inuaditque hostium & rebellium
 copias incautas, & nihil hostile meruentes, ac tur-
 batis ordinibus fugat gloriose. Hanc porrò vi-
 ctoriam pulcherrimam ne mireris: quos enim
 gladius perstrinxit, hos prius inuictum I E S U
 nomen prostrauit, quod voluerat in cōflictu ipso
 ex ore militum suorum personare.

Postquam, sedatis belli motibus, & condito in
 vagina ense, vndique conferenauit; cœpit Rex
 pius concionatorem agere, tanto nimirum suc-
 cessu; vt in dubio fuerit, pluresne gladius ad In-
 feros ex hostium numero miserit, an ex Inferis
 eius lingua reuocauerit. Ceterum, quotquot vi-
 ros primarios & nobiles Christi doctrina imbue-
 rat; totidem illicò destinabat ad Patres Societatis,
 vt ab ijs diuino lauacro abluerentur.

Humeros amiciebat veste, in qua erant intex-
 ti orbes Crucibus variati: vt nemini dubium su-
 peresset, Bartholomæum Cœli & Fidei Christianæ
 Atlantem esse, viderique posse Constantino
 ipso excelliorem. Nam Crucibus in ea veste
 Clauis etiam adiciebantur: quos Imperator ille in
 equi sui fronte, Bartholomæus in humeris pro-

prijs gestauit: quasi cuperet viuis extendi super
Crucem, & Clauis in ea defigi. Ceterum præstās
eius animus non quieuit, donec familiam re-
gnumque vniuersum, eiuratis Idolorum dolis ac
technis, submitit ad Christi pedes: pulsus præco-
nis voce omnibus ijs, qui Christiani esse renuerēt.

Oppidum Nangasachum cum Suburbijs eius
in Ecclesiæ Patrimonium transcripsit: eique ad-
dixit stipendia etiam naualia, quæ appulsæ naues
in littus pendebant. Fecit verò id potissimum eo
consilio, vt Christiani vexati, atque expulsi, con-
uenirent illuc, tanquam ad asylum. Neque res
caruit successu: breui enim adeò creuit numero
cuium pariter, ac rerum opulentia; vt nobilissi-
ma Vrbs euaserit, ex ignobili Pago. Legatum præ-
terea misit in Urbem Romanam, quemadmodum
aliquatò alius narrauimus. Tandem, florète regno,
laureata pace, quâ prudentia simul & bellica vir-
tus ei pepererant, meritis plenus, quæ cumulaue-
rat annis 25. ex quo nimirum Fidem susceperat;
in Cælum latus migravit, munitus Ecclesiæ Sa-
cramentis, & in Fide confirmatis Principe Sancio
eiusque coniuge, 24. die mensis Maij, anni 1587.
Corpus eius in regio cōditorio tumulum habuit;
intra Templum Vomura: & cum publico omniū
eulatu ac flevu, Christiani eidem parentarunt.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.




Franciscus Rex Būgi maximum Iapponiæ Eccle-
siæ columen, et inlytæ pietatis exemplum.

ELOGIVM

D. D. FRANCISCI

Regis Bungi.



Generosam indolem Francisci discce, vel ab eo tempore, quo adhuc vivebat inter Ethnicorum superstitiones; fuit enim Sole ipso illustrior, qui non nisi interdium lucet, cum Franciscus in tenebris etiam splenderit.

Parens eius avaritia illectus, & mercium exterarum cupiditate, destinaverat Lusitanos in eo regno negotia exercentes, clam opprimere, ut alieno auro famem suam exfaturaret. Tanto huic sceleri adolescens filius obstare minimè dubitavit, parentem allocutus in hæc verba. Proh facinus inhumanum! Ergo ne iura gentis violabis, ac fidem regiam pollues innocenti sanguine? nõ inuras Bungi regno, eiusque Maiestati labem tam indignam. Te nationes omnes, te natura ipsa, te Cælum etiam execrabitur, si id perpetraveris: purpura, & corona Reges indicare possunt; Fides, & clementia Regem faciunt.

Exinde fuit Superis, ac Deo acceptissimus, ne-

* H h que

que indonatus abiit. Etenim paulatim illapſa, in animum eius eſt propenſio erga Chriſtianos, atque erga Diuinas res veneratio; habuitq; originem ex eo, quòd Luſitanos è Regia ſpecula, nunc ad auroram, nunc ad primas tenebras orationi deditos conſpicaretur. Mirabatur vehementer, viros mercaturæ ſtudio deditos, & negotijs implicitos, nihilominus eſſe adeo memores religionis, adeoque de cõſcientia ſollicitos; ex qua ipſe remille argumenta eruebat, vt veritatem Fidei noſtræ indagaret. Regnabat iam emortuo parenti ſuperſtes; cum fama vulgare cœpit, Franciſcum Xauerium, magnum Catholicæ Fidei Magiſtrũ, ex Oriente Yamanguchium appuliſſe. Exarſit proinde deſiderio pius adoleſcens videndi, agnoſcendique virum, de quo tam illuſtris rumor peruagabatur. Nuntium itaque ad eum deſtinauit, petijtque ad ſe quamprimum, ob res arduas, & magni momenti, conueniret.

Gẽtis Luſitanæ pietas hac occaſione in primis enituit; cum enim Xauerius è naui exiret, vt Regem inuiſeret, præuẽre illum nobiliores quique Luſitani, cum illuſtri pompa, ad omnẽ pulchritudinẽ famulatus, longo ordine compoſiti. Præpendebant à pectore illorum gẽmata moniſia ex auro, in galeris explicabãtur, & circũfluebant pẽnæ
verſi-

versicolores, vario splendore vestium amiciebatur, quæ rutilabant auro, & argento intextæ; nec manus illorum erant vacuæ, sed utensilia quædam, & quasi insignia Xaverij ferebant. Hic scipionē ebore interitinctū, ille sandalia, alius galerum, & alius volumen precū eius, holoserico velo exornatū gestabat. Erat verò cunctis admirationi nobilissima ea cohors, quam stipati vndiq; spectabāt multi, ad spectaculum effusi; & Regi etiā non parum auxit hospitis Xaverij existimationem, eiusmodi asecularum eius apparatus. Sed non dissimilis fuit magnificētia, qua Xaverium excepit Rex in folio degens; quamquam descendit obviam, venerabundus; & statim in vultu ac verbis eius, uti erat acri vir ingenio, notavit lumen quoddam sanctimonix, ac veritatis. Quo tempore mansit apud Regem Xaverius, mille cum Bōzijs pugnas inivit, & semper eorum figmenta magis ac magis patuere, cum Regis ipsius ingenti gaudio & voluptate; qui Xaverij consuetudine melior in dies, & propensior erga Religionem Christianam fiebat, ita ut sensim errores, quibus affueverat à pueritia, & idola etiam fastidiret. Distulit tamen Baptismū, ut plenius instrueretur, & ut posset inanes sectas idolorū sapientius eiurare.

Interim tacito consilio ita rem domesticam

disposuit, vt mutatio Religionis in Iapponia vni-
 uersa hoc pacto minùs damnaretur, dum non si-
 ne maturitate cõsiliõrum sensim fieri videbatur.
 Patribus Societatis potestatem fecit, vbique Fidẽ
 Christianam promulgandi. Proceres suos, &
 purpuratos regni, tum exemplo, tum persuasione
 verborum inducere conatus est, vt Christiani ini-
 tiarentur fonte Baptismi. Filium verò suum se-
 cundo genitum, & Principem Patribus manu tra-
 didit, vt eos instituerent in Fide, atque ad Dei
 curam susterent. Ad hæc Coniugem præcipuam
 repudiavit, quam experiebatur Fidei Christianæ
 refidem ac reluctantem; secunda verò Coniux,
 quam duxit ritè ac legitimè, ipso persuadente, ve-
 ram Christi Religionem amplexa est.

Tandem ipse Numinis instinctu permotus,
 nec audes morari diutius Deum, ad animæ fores
 pulsantem; diadema Regni, & curas omnes gu-
 bernationis cessit Principi, sibi que retinens pro-
 uentus suæ senectuti consentaneos; urbemque
 insuper, quam ædificabat, extra armorum strepi-
 tus, inter Christianos ritus maluit tranquillè se-
 nescere. Igitur his peractis, postquam nostræ Fi-
 dei mysteria discussit matura, & diutina medita-
 tione; spontè obitis verberationibus corporis sui,
 ac ieiunijs toleratis, perfusus vberrimis lacrymis,

se se diuino proluit lauacro, sub Xauerij magisterio, tutela, & nomine; qui primus animam eius inter Idolorum ludibria errantem, Cœli iaculo vulnerauerat ad frugem & salutem.

Tum ergo alius à se ipso Franciscus Rex è publico secessit, ne tumultus aulicorum ei circumobstrepere, atque interturbaret animi tranquillitatem. Noctu diuque in preces fufus, eam piam exercitationem solùm identidem intermittere solebat, lectione Codicum Sacrorum; & frequenter discussis, & extersis conscientiaë noxis, Angelorum esca eum ingenti animi voluptate reficiebatur. Castitatem insuper conjugalem vouit Deo, & consiliorum Euangelicorum secutus est normam, quam ei proponebant Fidei Magistri; vt proficeret magis in Christiana perfectione. Et sanè eius vitæ ratio potius Religiosi viri esse videbatur, quam Principis, qui nuper ex aula, ac regni laqueis euoluerat se.

Pars præcipua Legationis ipse fuit, quando nimirum Iapponia ad argumentum Fidei à se susceptæ, prouoluta est Romæ ad pedes Gregorij xiiij. Quilibet verò prudens rerum æstimator vnum demirabitur, nempe Franciscum, qui dum Ethnicus erat, dominabatur sex opulentissimis regnis, et vnum tantum à Patre hæreditarium acceperat: &

armis.

annis ita pollebat, ut pro nitu quadraginta bel-
 latorū millia statim in acie haberet; quæ res illū
 finitimis regibus maximè metuendum redde-
 bat; omnia tamen perdidisse, ex quo Christianus
 euaserat. Etenim exorta tempestas bellica, euertit
 Vrbes eius ditissimas, & hausit regna. Sed benè
 amisit regna caduca, & peritura is, quem sibi re-
 gem sydera elegerant: in qua re Christus Domi-
 nus ei documento fuerat.

Ergo pius Rex necesse habuit paulisper sepo-
 nere illam, quam iniuerat vitæ tranquillitatem;
 & subire rursus belli tumultus, ut fluctus rebel-
 lium iam concitatos, gladio inuictō, quasi Moy-
 sis virga compesceret, ac sedaret. Ei armato for-
 tuna initio quidem arrisit; sed ut varia, & incon-
 stans est, paulò post supercilio irato in eum usa
 est; vnico siquidem prælio ita cæcidit, ac prostra-
 uit quadraginta hominum millia; ut nec euaserit
 nuntius ad stragem eam ingentem ipsi referen-
 dam. Tam sæua clades Francisci animum nec
 leuiter quidem perstrinxit; quin potiùs flagrante
 adhuc regno perduellium armis, post lamentabi-
 lem eam cædem: ipse animo imperterrito, & trá-
 quillo ad Templum Societatis venit, conscien-
 tiam repurgauit, sacrificio interfuit, & Sacrosan-
 cta Eucharistia pectus munivit. Dum verò adsta-

ret cum ea Sacerdos, ipse flammam è pectore, ex oculis lacrymas emittens, in hæc verba prorupit.

Supreme, atque omnium Creator Deus, diuinitæ Mæstati tuæ promitto, me in Fide IESU Christi vnigeniti Filij tui mansurum, dum vitæ superstes ero, & me in ea moriturum esse; ita vt nulla aduersa fortuna, seu casus peracerbus me deijcere possit ex hæc mente, dummodo mihi tu propitijs fueris. Si Iaponia ipsa penitus desciscat à Fide suscepta, si Societatis IESU Magistri, quorum ope, atque adhortationibus instructus, ego te agnoui, retractent illa, in quibus me instituerunt; atque adeò si Europa Catholica, immo quod maius est, ipse Romanus Pontifex (etsi hoc ne utiquam fieri possit optime scio) rebellent aduersum te: ego ne autabo quidem leuiter in his, quæ semel credidi; quin potius confitebor te inq. Personis distinctum, sed vnum tamen in essentia; atque adorandum, & cernuus IESUM Christum; per cuius vulnera peto equidem obnixè, vt me famulum tuum respicias benigne.

Ceterum hæc deinceps mirum in modum, re & factis confirmauit; constantia enim eius in laboribus, atque ærumnis semper maior fuit. Vidit hostem per regna spatiarî populandum, fugatum Principem, & filium suum amantissimum,

se muris occlusum, & circumseptum infestis inimicorum armis, æquatas solo sacras ædes Religionis, & quæ sitos ad necem viros nostræ Societatis, quos magnoperè diligebat. Ut de mirari sanè oportuerit stantē eius animū in rebus rā afflictis. Cū enim de regnis suis actum omnino esse agnosceret; non cessauit ab imploratione auxiliij cœlestis, Fidē propagauit ardentius Ethnicos alliciēdo, & confirmādo Nobiles quosq; iā Christianos; atque adeo Principem, vniuersamque familiā induxit ad sectāda Christi vexilla. Quod si Cœlū ei ab inito Baptismō vitā diuturniorē quā nouēniij concessisset; Iaponēs omnes pertrahere potuisset ad Christi Religionem, eiusq; imperium cū vltimis totius regionis, atq; Oriētis finibus terminare.

Sed Deo, ac Superis libuit, eum ad immortalē purpurā, annis & meritis peræquē cumulātū accerfere. Causa mortis fuit, quod audiuisset a Sasu-
manis in ea Tépla factitū esse, quæ ipse extruxerat, & dedicaueratq; Quocirca cum lēto se morbo absumi sensim aduerteret, nihil habuit priūs, aut potius, quā vt muniretur Ecclesiæ Sacramentis; & paulò post in spē erectus æternæ felicitatis, iterato sepius LESVIAC MARIABE nomine, Cœli arripuit iter, x. die mensis Iunij, anni 1587. Cum ætatis suæ annum ageret 58.



Discovered in the American Indian Museum
Philadelphia, Pennsylvania, 1841



Dominus Iustus Vecondono Iappon, proscriptus in omni fidei
laboribus et agustys nauigy cōsilius moritur Manila. 3. Februa
1615.

ELOGIVM

IUSTI VCONDONO TACAYAMA

Minaminobo Iapponis.

ST. FRANCIS XAVIERS
COLLEGE.



FATHER S LIBRARY,
30 WEST 18TH ST.

EX nomine ipso liceat cōijcere ingentes hu-
 jus viri virtutes. Nihil enim à tanti mensu-
 ra nominis alienū habuit vitæ ratio, quam sem-
 per tenuit. Iustum Parenti eius Dario, viro cla-
 rissimo peperit Illustris. D. Maria, ex profapia in-
 clyta, & prænobili Tacayamarum, quod vocabu-
 lum significat montem excelsum. Nec immeritò
 fanè, viros enim præclaros, oriundos ex hac fami-
 lia, & præstantes omnes, tum virtute bellandi, tū
 exemplo pietatis, & tutela Christianorum, quasi
 montes excelsos, & præaltos adhuc suspicit Iap-
 ponia! Nec ijs multum est Iapponiam tutari, ac
 protegere; cū videantur propemodùm Cælo etiã
 humeros supponere, ac Religionis iura sustenta-
 re. Iustum amplis animi dotibus instructū esse
 diuinitùs, par omninò erat, vtpotè natum ex gen-
 te Cælo proxima & astris, vt ita dicam, conter-
 mina: ita verò etiam regiæ aquilæ, non nisi in-
 elatis montibus progenerantur.



Tacasuchij annos agens 13. Baptismo est initiatus; arisque admotus à Parente, interposito iureiurando Numini promisit, se opem omnem adhibiturum in exitium Idololatriæ. In diuersis Principū aulis, vbi moratus est militiæ, atque armorum causa, efferuescente sanguine in flore iuuentutis, semper se castitate illibatum seruauit; quæ in primis res, vtpotè inusitata, præ alijs belli ornamentis, ipsum vniuersæ Iapponiæ admirabilem reddidit. Hac porrò tantæ virtutis indole, atque adeò persuasionibus suis etiam, innumeros propè ad Baptismum induxit, tam felici euentu; vt Tacasuchium suæ gentis caput non nisi Christiani habitarent, extructo in eum finem Templo munificentissimo, ad quod vndique Christiani confluerent, Bethlemicas cunas, & ferias alias nostræ Fidei celebraturi. Tùm verò Iustus promere in medium, atque elargiri fortunas suas visus est liberalissimè, ne quotquot conuenerant, alicuius rei penuria vrgerentur, quamdiù ibi pietatis causa morabantur. Nimirùm Christianos tanti æstimabat, vt quæque preciosiora sua pedibus eorum substerneret.

Interposita Iusti auctoritate, Nobunāga dominante, Patres Societatis ab exilio reuocati sunt, & Collegijs intra Iapponiam restituti. Quippe tūc floruit

floruit Vatadonus Iusti auunculus, Meaci Præfatus, & acceptissimus Nobunangæ Tyranno. Hic verò eius suafu deinceps rē Catholicā, ceteroqui antea fluctuantem, benigniùs aspexit, permisitq; vt Christi Religio latè in posterū prædicaretur. Cum interim Iustus Bonziorū impetus cōpesceret, ac sedaret, qui cōtra moliri omnia videbātur, meruitq; vt Fidei scutū passim haberetur: quem admodum etiā Fabius olim, Annibale fracto, ac superato, clypeus dictus est Romanæ libertatis.

Sed Iusti Religio, ac Fides præcipuè in triplicē enituit conflictu. Nabunanga cinxerat militum corona Tacasuchium, arcem munitissimā. Iustus qui eā defendendā susceperat ab Arachio Principe, Nobunangam imminentem Vrbi, fraudauit sua spe, diū eam propugnando: proinde animaduertēs, cum acerrimo defensore sibi rem esse, desperato belli successu, misit nuntiū, qui hæc Iusto referret; fore nimirū, vt nisi statim ab armis cessaret, videret Magistros Fidei suæ ante ora trucidatos, & fractas Cruces, & Tempia diruta. Arachius è contra germanam sororem, & filiū, quem vnicè diligebat, datos in suæ pignus virtutis ostētat sub gladio, quo ita Iustus magis strenuè arcē eius fidei concreditam tutaretur. Anceps animi in affectus varios Iustus distrahitur. Hinc vrget eum

sanguis; atque inde Religio: si ad Nobunangam
 flectat, eiq; morē gerat, tūc germanæ, ac filij cruo-
 re innocenti commaculat famā suam, tot prospe-
 ris euentibus diū partam; si pugnet pro Arachio,
 sanguinem Patrum Societatis prodigere videtur,
 ac profligare Christianā Fidem. In has angustias
 animi redactus Sacellum intrat; & procubens in
 genua ante Christi Domini aram ex Cruce pen-
 dentis: germanam, filium, honorem, & famā im-
 molat Deo: ne ansam præbeat, Tyrāno insurgēdi
 aduersus Fidem; abraſoq; capite suspēdit arma, si-
 bi tāquam victo detracta, & erepta. Hoc vbi per-
 egit, deseruit arcem occultè, misitq; ex itinere P.
 Dario, alijsq; ducibus litteras; vt arcē pro Arachio
 defenderent. Se enim abire professus est; vt pro
 Fide occumberet, quæ obstricta catenis in exer-
 citu erat apud Nobunangam. Is eo rerum exitu
 exultans, Iustum effert ad sydera, & coram pur-
 puratis in eius laudes effusus, sola Iusti prudentia
 pariter & gladio tam implexum, & fermè inextric-
 abilem nodum solui potuisse pronunciauit.

Prosperitas, & felicitas omnis inde visa est ma-
 nare; etenim vita innocentibus, & Fidei veneratio
 asserta est, quæ professores habet viros, tam incky-
 tos. sed hæc peculiariter Iusto seges gloriæ im-
 mēsa, atque opes maximè accesserunt, Nobunāga

enim

enim Iusto arcem illam donauit, aliaque item
 adiecit oppida, cum amplis prouentibus.

Præterea in Taycosama Tyranno Iustus Reli-
 gionem suam fecundò acuit, tanquam in cote;
 cui Tyranno multis de causis apprime carus fuit;
 præcipuè cum ei Nobunanga moriens, vitionem
 sui demadasset; ipse ficiarium rebellem oppressit,
 & Taycosamam loco Nobunangæ armis, atque
 auctoritate stabiliiuit. Id causæ fuit, cur ad sum-
 mos honores eueheretur: sed Iusti potètia; & gra-
 tia, vt solet, apud Proceres inuidiam, indignatio-
 nem apud Bonzios non ita multo post incurrit,
 cum sing. Ilatim ij experirentur, ex Iusti domina-
 tione auitam suam superstitionem labi quotidie
 in deterius. Captant ideò occasionem eū crimi-
 nandi apud Tyrannum, quem iniquis persuasio-
 nibus induxere, vt Iusto exilium proposuerit, nisi
 Fidem desereret. Vultu constanti, atque imper-
 territo decretū Tyranni audiit Vcondonus, ac re-
 spondit illicò, se dura, & extrema omnia pati mal-
 le, quàm Fidei naturã subire. Cumq; formidarèt
 alij, Tyranno responsum deferre; ille deliberata
 morte generosior ei se obtulit. Nec sanè turbari
 virum decebat ad Taycosamæ conspectum, cui
 nunquam terrori fuerat in prælijs hostium acies
 ordinatæ. Strictum gladium osculatur, simulq; of-
 fert,

fert, ac præbet humilem cervicem, vt eam feriat in odium Fidei. Res mira, cum ipse non palleret, trepidare ille visus est, perinde ac si iugulum Regis peteretur, atque in exilium est ablegatus.

Ad Amacaufæ Insulam recepit se inter Societ. I E S V alumnos, exules pariter Fidei odio. Ibi Iusti animus, curis aulæ sepositis, procul ab armorum strepitu respiravit; nec facillè dici potest, quantum pietati, lacrymis, & Christianis exercitationibus dederit se, habenas ad perfectionis cursum effundens, vt vires quotidie nouas consequeretur, quæ esse possent pares certamini, quod ei deinceps imminebat.

Taycosama enim, quia vir ù fortem hoc pacto expugnare non potuerat, eum eiecit in Regnum Canga; vbi 20. amplius annos exegit in re admodum angusta, atque in assiduis ærûnis: sed voluptati erat interim ampla leges nobilium, quos ad Fidem trahebat. Tandem Daifusama, pestis ac lues Christianorum, sæuiens in dies magis, Iustû ad Meacum iussit adduci, si quo modo quaterere, atque ad terram dare posset eum Fidei murû tam firmû, & constantem. Venit per incômoda mille, & per imbrium inundationes; sed cum susceptæ Fidei adhæresceret firmissimè, ad Nangasachum est relegatus, vbi à Christianis publico plausu, & quasi

quasi triumpho exceptus est, tanquam Fidei Catholicæ præsidium, & decus.

Inuixatus præterea à Ducibus, qui Ozacam armis tenebant contra Tyrannum; reuult ad eos ire, ac potius; quia rumor fuit, eum ex Iapponia vniuersa ad Manilam expelli, aeternum exilium antetulit honori Principū, qui sibi persuaferant, se Iusto Duce firmos, & penitus securos esse posse.

Exiit vir inclytus, atque exul egregius, Deo ita iubente, ne ingrata patria ossibus eius in pœnā potiretur. Nauem intravit cum vxore, liberis, & nepotibus, & Religioforū comitatu, anno 1614. atque vnā secum omnes eduxit, ne ex illustrissima eius prosapia vllus superesset, qui præsentia sua deinceps Iapponiam nobilitaret. Manila vniuersa, Præfectus Vrbi, Archiepiscopus, & sacrae familiae omnes diuinos Argonautas, seruatos ex Oceani periculis, excepere, quasi è Cælo aduentantes. Peculiariter Vrbi Præfectus, nomine Philippi Regis Hispaniarum, exulem tam præclarum annuè auro, atque argento ditare voluit, pro eius Fidei, & nobilitatis merito; sed recusauit mira constantia: affirmans magis consentaneum exuli esse in odium Fidei, inter pauperes vitam tolerare; neque erubuere manus tractare vilia, quæ sceptro assueuerant.

Quadragesimo die post initia huius exilij Cœ-
 lum rapuit, quod inuadere potuit insula tam il-
 lustris viri mansionem. Magna concertatio in
 Vrbe fuit de Iusti emortui corpore. Singulæ Re-
 ligiones non aris modò, sed pectoribus suis eum
 tumulare, ac tegere optauissent. Vicit tamen
 Societas I E S V, utpotè tanti alumni magistra.
 Dissit & Insulæ, maritimæque Vrbes, atque illæ
 Mundi Regiones, in quas Iusti prælia, & trium-
 phi manauerant, eum quasi Cœlitum aliquem
 venerantur, & sperant fore, ut à Romana Sede
 inclytus Fidei professor declaretur. Migravit ex
 hac vita meritis ingentibus plenus 3. die mensis
 Februarij, anni 1645.

L A V S D E O.

CATALOGVS
REGVLARIVM,
E T

SECVLARIVM,

Qui in Iapponiæ Regnis vsque à fun-
data ibi

A S. FRANCISCO XAVERIO
Gentis Apostolo Ecclesia

A B E T H N I C I S

In odium Christianæ Fidei

*Sub quatuor Tyrannis violenta morte sublati
sunt.*

Collectus

A P. ANTONIO FRANCISCO CARDIM
è Societate IESV

*Provincia Iapponiæ ad Urbem
Procuratore.*



ROMÆ, Typis Heredum Corbelletti. 1646.

SVPERIORVM PERMISSV.

1685

Gift of Shrub Oak, 1970

SVS
VM

V. M. V.
-mud & fur-

AVERIO

C 1 2

orte loblati


O CARDIM

ST. ANDR. W.-ON-HU, SON
LIBRARY
POUGHKEEPSIE, N. Y.

Provincis Japonicis ad Urbem
Procuratore .



ROME Typis Heronum Corp. edit. 1646.
SUPERIORIA PERMISSA



CATALOGVS

E O R V M.

Qui in Iapponia, in odium Christianæ Fidei,

Violenta morte sublati sunt.



PRIMUM in Iapponiam Euangelicæ
sementis causa tetendit, anno 1549.
S. FRANCISCVS XAVERIVS, è So-
cietate IESV, Nuncius Apostolicus,
ac deinceps peculiaris ipsius Iapponiæ, sed & In-
diarum, ac totius Orientis, Apostolus. Primus
durum illud atque incultum nouale subegit, ac
suo etiam sanguine, tametsi purpureæ superstes
irrigationi, colonus impiger imbuir: &, vt san-
guis Apostolorum fecundus est; lætissimo pro-
uentu, non in Christianorum dumtaxat, sed in

4
triumphatorum messem pulcherrimam luxuria-
uit. Horum hic ego perbreuem dum texo cata-
logum; Tu, Lector, Diuinæ gratiæ vim atque ef-
ficacitatem venerare, quæ barbaris nuper atque
efferatis pectoribus tantum in seuit Christianæ
mansuetudinis, tantum fortissimæ firmissimæ-
que caritatis.

Priusquam vniuersa Iapponiæ Re-
gna sub vnius Imperatoris domi-
natum concederent; nouem
hi, qui deinceps sequun-
tur, Christi Athletæ
interempti
sunt.

A N N O 1557.
Maria capite truncata, Firandi.

A N N O 1657.
Viri duo, alter lignarius opifex, alter olim Bon-
zius (nomina in obscuro sunt) trucidati, Firandi.
Duo alij, Sacrosanctum Redemptionis nostræ
vexillum flexis genibus colere ac venerari so-
liti, abscissis propterea capitibus, perillustri
morte defuncti sunt.

in odium Fidei.

A N N O 1568.

Maurus, & Antonius iugulati, Xiki.

A N N O 1574.

Lucas, & Matthias idem mortis genus experti,

Postquam omnis Iapponia sub vnus
Taicosame imperium redacta
est, septem supra triginta
pro Catholica Fide
cecidere.

A N N O 1587.

Junio Mense.

Ioram, eius vxor, duo liberi, famulus vnus, &
Ioachimus Ximura, iugulati, Bungi.

A N N O 1590.

Augusto Mense.

P. Franciscus Carrionius, Hispanus, e Soc. I. S. v.
propinato Hirandi veneno, extinctus, Itizuki.

A N N O 1591.

Lucia, in odium Fidei, atque assertæ pudicitie,
Diuino suo Sponso immolata.

A N N O 1592.

Maij.

P. Georgius Carualhal, Lusitanus, e Societate

Catalogus Occisorum

I E S V, propinato Firandi veneno in odium
Fidei, mortuus IKizuKi

A N N O 1593.

Aprili Mense.

P. Iosephus Furlanettus, Venetus, è Societate
I E S V, propinato item Firandi veneno, mor-
tuus Arimæ.

P. Theodorus Manteles, Belga, è Societate I E S V,
hausto cum alijs Firandi veneno, extinctus
Malacæ.

A N N O 1597.

Februarij 5.

Sex & viginti acti in Crucem, & transuersis ha-
stis confixi, Nangasachi: quos Urbanus VIII.
Pont. Max. Sanctorum Martyrum numero,
die 10. Iulij 1627. adscripsit. Ij sunt:

S. Paulus Miki, Iappones, è

S. Ioannes Soan, nunciparus Gotò, Societate

S. Didacus Kifay, I E S V.

S. Petrus Cozà Ki, ipsorum familiaris.

S. P. F. Ioannes Baptista,

S. P. F. Martinus de Luines,

S. P. F. Franciscus Albus.

S. F. Philippus de Casis,

S. F. Franciscus de Parilha,

S. F. Gundisalvus Garzia.

è Seraphica Di-
ui Francisci Fa-
milia.

S. Pau-

S. Paulus Safuki, S. Thomas Ixè,
S. Cosmus Taqueya, S. Paulus YabaraKi,
S. Leo Carafumaru, S. Thomas Deycan,
S. Bonaventura, S. Matthias,
S. Antonius Deyan, S. Gabriel,
S. Ioannes Kinuya, S. Michael ConzaKi,
S. Franciscus Medicus, S. Ludouicus, puer
S. Ioachimus, duodecim annos
S. Franciscus natus.
Patrum S. Francisci Catechistæ, & familiares;

**Daifusamę Imperatoris tempori-
bus, centum & triginta septem
in odium Christianę Fidei
sublati sunt.**

A N N O 1603.

Decembris 7.

Ioannes Minami, }
Simon Taquenda, } capite truncati, Fingi.

Decembris 8.

Magdalena, Ioannis Minami vxor,
Ioanna, Simonis Taquendę parens,
Ludouicus, ab illis in filium adoptatus,
Agnes, eiusdem coniux.

in crucem acti, Fingi.

Catalogus Occisorum

A N N O 1605.

Augusti 16.

Melchior Cumgayendonq capite plexus, Fingi.

Augusti 19.

Damianus, Patrum Soc. I E S V Catechista, & alius

ab Damiano Bapifmo lustratus Yamanguci

A N N O 1606.

Augusti 26.

Ioachimus Vatanabè confectus in carcere,

A N N O 1608.

Novembris 17.

Leo Xichiyemon iugulatus.

A N N O 1609.

Michael Ficoyemòn,

Thomas Michaelis filius, duodecim annos natus,

Ioannes Fattori,

Petrus, Ioannis Filius, datis ferro ceruicibus

defuncti, Fingi.

A N N O 1610.

Mense & die ignotis.

Gaspar Nixi,

Vrfula, ipsius coniux

Ioannes, amborum filius

trucidati sunt,

Firandi.

A N N O 1612.

Iunio Mense.

Leo Cayemon capite truncatus est, Ozacæ.

in odium Fidei.

9

Julij 26.

Michael Itò,
Mathias, ipsius germanus frater,
abscissis capitibus dignæ Deo Hostiæ cecidere
Arimæ.

Augusti 22.

Leo Kità, gladio perijt, Arimæ.

Mense & Die ignotis.

Bonaventura gladio perijt, Mini.

A N N O 1613.

Mense & Die ignotis.

Apollinaris, in carcere Regiæ Yendi extinctus
est.

Ioannes Masuyemon in Arimæ montibus san-
ctè obijt.

Januarii 28.

Thomas Feyuioye	} omnes obtrun- cati sunt, Ari- mæ.
Mathias, ipsius frater,	
Martha, eorum parens,	
Iustus, vndecim natus annos,	
Iacobus, nouem natus annos,	
Thomæ liberi.	}

Augusti 17.

Marcus Kizayemon, Simon Ficozayemon,

Thomas Guiyemon, Antonius Fanzaburò,

Ioachimus Guizaymò, Iacobus Yeizò,

A

B

Leo

Leo Sucùnai, Mathias Xingorò,
 Ioannes Foxirò, Damianus Mofukè,
 Marcus Conzukè, Didacus Yaxirò,
 Michael Yasò, Ioachimus Guesukè.
 omnes rescissis capitibus, exanimis conciderunt,
 Yendi.

Augusti 16.

Ioannes Monzen, Religiosorum Diui Francisci
 familiaris,
 Michael Sanfanda, Vincentius Tanaye,
 Ludouicus Canda, Leo DaiKu,
 Ioachimus Fachiquan, Thomas Kibioye,
 Antonius Yafioye,
 omnes Yendi, accepto in iugulo ense, mortui
 sunt.

Septembris 7.

Ioannes Nimboku, } Religiosorum D. Francisci
 Gregorius, } familiares, & Catechistæ.
 Paulus, }
 Gregorius Yofioye, per Ioannem baptismo lu-
 stratus: omnes, ablatis è corpore capitibus, no-
 men immortalitati consecrarunt, Yendi.

Octobris 7.

Leo Fayaxinda,
 Martha, ipsius vxor,
 Magdalèna, eorum filia, virgo, viginti ha-
 bens

bens annos.
Jacobus, ipsorum etiam filius, duodecim habens annos.

Adrianus Tacafaxi, omnes octo, primi extiterunt, qui in Iaponia, in odium Fidei, viui cremati sunt, Arima.

Octobris 9.

Thomas Cauacami. Oriki natus, Catechista Religiosorum Societatis IESU, gladio ad iugulum percussus, Arima.

A N N O 1614.

Martij 15.

Ioachimus Xindon, tres prius dies, ex arboribus, inuerso capite suspensus: post, capite obtruncati. Facata.

Martij 16.

Mathias Xichirobioue: capite à corpore discerpto, mortem excepit, Akizuki.

Aprilis 6.

Benedictus, acerrimis cruciatibus confectus, Bungi.

Maij 20.

Ludouicus Minè, trucidatus occubuit, Fucatori.

Iunij 5.

Adamus Aracaua, Religiosorum Societatis IESU

Catechista, in Cruce nouem dies perstitit,
demùm capite truncatus est, XIKi.

Iunij 13.

Michael Xobiøye, ambo fratres, per Flam-
liuius Tarosâyemon, J mas Deo immolati: at.
Maxenciæ, Michaelis Coniugi, caput abscissum,
Bungi.

Novembris 1.


Ioannes Dojù, dirissimis affectus supplicijs, spi-
ritum efflauit, Surungæ.

Novembris 2.

Petrus Caccosukè, acerrimis etiam cruciatibus
laniatus animam egit, Surungæ.

Novembris 4.

Pater Didacus de Mesquita, Lusitanus, è Socie-
tate I E S V, è Iapponia relegatus, in ipso de-
portationis articulo, laboribus, ærumnisque
confectus, obiit in Suburbio Nangasachi, in
quodam piscatorum tugurio.



Octauo Nouembris, ex omnibus
Iapponiæ Regnis, in exilium
eiectioni sunt Religiosi, &
Sancti Euangelij
Operarij.

Nouembris 20.

Michael Nixi,	Adrianus Xinga,	
Ludouicus Genyemon;	Martinus Tacaya,	
Thomas Ocumàra,	Petrus Guiyan,	
Adrianus,	Dominicus Ocumùra,	
Ioannes Nacamùra,	Ioannes } fratres,	
Dominicus Adachi,	Cosmus } Michael Acafoxi,	Petrus } germani,
Andreas,	Ludouicus } Dominicus Yafaki,	Michael Quizayemon,
Dominicus Marufakè,	Adrianus Quiyemon.	

omnes summis afflicti cruciatibus, ac demùm
abscissis capitibus, defuncti, Arimæ.

Nouembris 22.

Adrianus Kindò, iu-	Ludouicus Fisàsumi,
gulatus Ariyè,	Dominicus Yangami,
Petrus Faximòto,	Matthæus Araki,
Paulus Riòyei,	Thomas
Thomas Cùri,	Dominicus } fratres,

Pe-

Petrus Ixinda) fratres, Petrus,
 Michael) Michael Coray
 Michael Nenda) fra- Ioannes,
 Mathias) tres Thomas Caye,
 Mathias Fucùxima, Soterus, Catechista
 Religioforum Societatis I E S V, tormentis ve-
 xati, capiteque truncati, Cocinotfi.

Novembris 23.

Georgius,)
 Thomas,) datis ferro iugulis, truculen-
 Petrus,) terè vita sunt erepti, Coci-
 Thomas Firay,) notfi.

Novembris 28.

P. Antonius Franciscus Critana, Hispanus, è So-
 cietate I E S V, incommodis angustiisque na-
 uigij, quoad Manilam exul vehebatur, viam
 vitamque felici exitu absoluit.

Novembris 30.

Ioannes)
 Saluator) fratres iugulati occubere, Obàmè

Decembris 26.

Ioannes Saua eadem morte potitus est, Fu-
 ximi.

A N N O 1615.

Mense et Die ignatis.

Mathias, post annum vnum in arctissimo car-
 cere

cere exactum, in publicum, vt Tzungarum in finibus Iaponiæ exul proficifceretur, decima quinta die postquam è carcere emissus est, ex arumhis ac cruciatibus in eo toleratis mortem contraxit, Miaci.

Ianuarij 20.

Mancius Taicicu, Iappon, è Societate I E S V, dum morbo laboraret, exilio affectus, squalore & angustijs nauigij consumptus, moritur, Macai.

Februarij 3.

Dominus Iustus Vcondonus Tacayama Minaminobò, in exilio obijt, Manilæ.

Februarij 24.

Mathias Sanga, Iappon, è Societate I E S V, in exilium extra Iaponiam relegatus, squalore & angustijs nauigij consumptus, moritur, Manilæ.

Februarij 25.

Paulus Daiku, capite plexus cecidit, Fingi.

Februarij 28.

Andreas Saitò, Iappon, è Societate I E S V, in exilium extra Iaponiam relegatus, squalore & angustijs nauigij consumptus, moritur, Manilæ.

Februario Mense.

Mancius Mifsoguci, Iappon, è Societate I E S V, in exiliu relegatus, latitans in Iapponia, laboribus & ærumnis confectus, propter sæuitiem persequutionis, extremam vitæ diem clausit.

Martiij 21.

Romanus Yòsayemon trucidatus est, Còcura.

Martio Mense.

Pater Mancius Firabayaxi, Iappon, è Societate I E S V, clàm latuit in Iapponia, ob persecutionis pœnas, donec mole malorum obrutus, in Domino conquieuit, Nangasachi.

Aprilis 22.

Simon Saibioye diffisso capite exanimis cecidit, Yendi.

Septembris 17.

Paulus Rioin, Iappon, Societatis I E S V, incommodis laboribusque nauigij, in quo exul ducebatur, & nil præ nausea ferente stomacho, à patrijs laribus auulsus, ærumnis ac vitæ pariter finem imposuit, Manilæ.

Novembris 24.

Franciscus Lucas,

Thomas, Paulus,

Gaspar, Mathias.

iugulati cecidere, haud procul Surunga.

De-

**Dominante Iaponiæ Xogunsama,
Daifusameꝝ filio.**

A N N O 1616.

Octobris 25.

Paulus Tarosukè, interemptus est, Fingemi.

Novembris 19.

Martinus Suquimoto sublatus, Cicungi.

Novembris 26.

Dominicus in crucem actus, decessit, Firoxima.

A N N O 1617.

Februario Mense.

Thecla, carceris ærumnis oppressa, obiit, Fingi.

Februarii 4.

Ludouicus, Religiosorum D. Francisci familiaris, capite plexus, Yendi.

Martij 9.

Ioannes Acaxi, Facatæ obruncatus est.

Maij 20.

Thomas, Religiosorum D. Francisci familiaris; Vincentius, ambo iugulati, Yendi.

Maij 22.

P. Ioannes Baptista Maciadus, Lusitanus, è Societate I E S V.

P. Fr. Petrus de Assumptione, è Religione Seraphica, sectis gladio capitibus defun-

A C ti,

ti, Vomuræ.

Junii II.

P. Fr. Petrus Nauarrete, Ordinis Prædicatorum,
P. Fr. Ferdinandus à Diuo Iosepho, Sancti Augu-
stini Eremita,

Leo Tanaca, Religiosorum Societatis IESV Ca-
techista, gladio cæsi, Vomuræ.

Julii I 6.

Antonius Ixiuara, iugulatus, Sanuki.

Julii I 7.

Franciscus ipsius filius, iugulatus, Sanuki.

Augusti 4.

Mathias Xoon, Seminarij

Societ. IESV alumnus,

Anna, ipsius coniux,

Leo Dotei,

Maria eius vxor,

Leo Xinsukè,

Michaël Nifioye,

Flammis consum-
pti sunt, Tzungari
in finibus Iappo-
nia.

Octobris I.

Andreas Yoxinda, Seminarij Soc. IESV alum-
nus, P. Fr. Ferdinandi à D. Iosepho hospes,
Gaspard Ficoyo, P. Fr. Alphonfi Nauarrete hospes,
capite plexi, Nangasachi.

Novembris 2.

Dominicus Yamaguci, PP. Soc. IESV Catechi-

vnà

vnà cū Thoma suo filio, trucidatus, Vomura.

Novembris 4.

Linus Tomonanga capite plexus est, Vomura.

Novembris 20.

Petrus, & Paulus, qui prius Bonziji extiterant, lapidibus obruti, Ciungi.

Decembris 20.

Laurentius, Religiosorum D. Francisci familia- ris, in publica custodia mortuus, Yendi.

Decembris 26.

Ioannes Miyemon gladio perijt, Vomura.

A N N O 1618.

Mense et Die ignotis.

Duodecim Christi Athletæ, tres viri scilicet, vnà cū vxoribus, & sex liberis, flammis concremati sunt, propterea quòd è nauigio deduxerint ac absconderint Sacerdotem quendam, qui ob Catholicam Fidem in exilium mittebatur.

Februarii 25.

Iustus Nacamura,	}	oblatis gladio capitibus ene- cati, Cocura.
Iulianus, ipsius filius,		
Simon Vonogorazayemon,		
Paulus, eius filius, duodecim natus annos,		
Thomas Cuxifaxi,		
Ioannes Cubamatazayemon,	}	

Februarii 26.

Michael, Thomæ Cuxifaxi filius.

Thomas, Ioannis Cubamatazayemon filius, eadem, qua patres, morte oppressi, Cocuræ.

Februarii 28.

Leo Risay, Petrus Sukezayemon,
Martha, ipsius coniux, Marcus, sex tantum na-
Ioannes Ximanda, tus annos,
Anna, illius vxor, Benedictus Cuyemon,
Thomas, eorum filius, se Iacobus Ziuijac,
cundum agens annū, Thomas Qiuſukè,
iugulati Cocuræ.

Martii 5.

Vincentius Xinga, Ioannes Yohioie,
Simon Naiyemon, } Stephanus Rosay,
Ioannes Miananga, } Benedictus Riyemon,
PP. Soc. IESV Ca- } Petrus Yentarò, PP.
techista, fratres, } Soc. IESV hospes,
inuerso capite in crucem sublati sunt, Na-
catfi.

Paulus Tarobioye obtruncatus decessit, Cicūgi.

Martii 6.

Petrus Torofacu, familiaris Religiosorum So-
cietatis IESV, iugulatus cecidit, Bungi.

Aprilis 10.

Vincentius Gempò, PP. Soc. IESV Catechista;

Pau-

Paulus Kimura, Religioforum Soc. IESV ho-
spes;

Thomas Fiuanda,

Clara, ipsius vxor, concremati, Cuncoci.

Aprilis 20.

Didacus Cacuzayemon concrematus, Cungoci
N. . . . MaKimura, capite truncatus est, Cūgoci.

Iulii 25.

Leo Geroyemon,

Lucas Cufioye,

Ioannes Dinzò,

Ioachimus Canij,

Paulus Yofukè,

Ioannes Gofioye,

Paulus Toyemon,

Paulus, } fratres,

Leo Suquezò,

Ioannes, }

Didacus Xeza,

N. Xeza Cuxifaxi,

abscissis capitibus decessere, Naccatij.

Iulii 26.

Ludouicus Quitarò gladio perijt, Vomura.

Augusti 16.

P. Fr. Ioannes de Sancta Martha, è Seraphica fa-
milia, trucidatus est, Miaci.

Novembris 25.

Andreas, } cōiuges,
Catharina, }

Elifabeth, eius con-
iux,

Martha, } eorū filia,
Maria, }

Ioannes, ipforum filius,
Sancius Xinzo,

Ioannes Nodera,

Seraphina eius vxor,

Ioan

Ioannes, 14. habens, Magdalena, quatuor
 annos, N. nouem attingens
 Leo, decem, menses, Sancij, &
 Maria, septem, Seraphinæ liberi,
 immanibus rogis impositi sunt, Nangafachi.

A N N O 1619.

Mense & Die ignotis.

Magdalena ob pudicitiam iugulata, Fachiri.

Mense & Die ignotis.

Antonius Xocoxe, è carceris angustijs ac laboribus, apostema contraxit, quod illi mortem attulit, Nangafachi.

Aprilis 30.

Linus Saxicata, cæsus gladio, Vomuræ.

Maij 19.

P. Fr. Ioannes à Diuo Dominico, è Prædicatorum familia, in Vomuræ custodiam detrusus, ærumnarum magnitudine extabuit.

Iunii 20.

Petrus Arizò,

Thomas Cofacu, capite plexi, Vomuræ.

Iulij 16.

Matthias Quiza,

Ioachimus Conijya, Miaci in carcere obierunt.

Eadem morte, in eadem custodia potiti sunt,

Michael, Ioachimi filius, Iulij 31.

Fran-

Franciscus, Augusti 3.
Petrus, ipsius filius, Augusti 11.
Didacus Ychiyemon, } Augusti 20.
Andreas Giuichi, }
Ioannes Quensai, Septembris 30.

Octobris 6.

Thomas Kiyān, tres annos natus,
Thomas Yquegami, Monica de Mino,
Linus Zifioye, familia- Thomas Toyemon,
ris PP. Soc. I E S V, Lucia, eius vxor,
Maria, eius coniux, Rufina de Oari,
Cosmus, Martha, eius filia, octo
Antonius, habens annos,
Dominicus, Monica de Omi,
Ioachimus Ogaua, Emmanuel de Tamba,
Ioannes Kifacu, Thomas Yeyemon,
Magdalena, eius cōiux, Anna, ipsius parens,
Regina, ipsorum filia, Agatha de Omi,
Thomas Xinxirò, Maria Chiyo,
Maria, eius vxor, Hieronymus Strocus,
Gabriel, Lucia, illius coniux,
Maria de Yamaxirò, Ioannes Sacuray,
Maria, ipsius filia, qua- Vrsula Yome,
tuor annorum, Mancius Kijrò,
Martha de Cauaci, Ludouicus Matagorò,
Benedictus, illius filius, Leo Kifukè,

Mar-

Martha, eius vxor, — Petro, sex,
 Micia de Oari, — Lucia, tres nato,
 Ioannes Faximoto, PP. Adaucto, adhuc vtero
 Soc. I E S V hospes, — matris incluso,
 Thecla, eius vxor, vnà Didacus Tzuzu,
 cum sex liberis, — Maria de Tamba,
Hoc anno Ciuitas Macaënsis legationem ad Toxogunfamam misit, vt ad vetus commercium ac fœdus cum ipsa Ciuitate Macaënsi fœderum rediret; opportunas ad id perorandum rationes afferens. attestansque, se nullam culpam in Christianorum Arimensium motu contraxisse; nec etiam in occulto Religiosorum ad Iapponiæ Regna transitu aliquid criminis commisisse. Quod certè à veritate alienum non erat. Cæterum quoniam legatio hæc apprime illustris euasit, nihil ad plenam illius notitiam missum faciam.

L A V S D E O.

M O R S
FELICISSIMA

QVATVOR LEGATORVM

AVSTRIACORVM

ET

SOCIORVM

Quos Japonis Imperator

occidit

Y M

Ordinum Christianae Religionis

Auctore

P. ANTONIO FRANCISCO CARDINI

Societate IESV

Praefatore ad Urbem Provinciam

Japonicam.



ROMAE, Typis Hereditariis Compellenti, 1646.

IN PRAEFATIONE P. ANTONII FRANCISCO CARDINI



MORS FELICISSIMA

QUATVOR LEGATORVM

LVSITANORVM

&

SOCIORVM,

Quos Iaponiæ Imperator

occidit

IN

Odiã Christianæ Religionis.

●●●●● ONCITATVS Animæ motibus To-
●●●●● **C**xogunfama Tyrannus, Lusitanorum
●●●●● commercium abruptit; vt funditus
●●●●● euerteret Religionem Catholicam.
Dicere enim solitus erat, mercibus inimistam
navigare, inuehique in oras suas Christia-
nam Fidem.

Vrbis Macai Senatus de Legatione mittenda statim deliberavit: vt hoc pacto experiretur, num Tyrannum insolescentem flectere potuisset. Destinantur idcò, delectu habito, ex numero ciuium quatuor, qui erant totius Vrbis lumina: nempè Ludouicus Paës Paciecus, Rodericus Sancius de Paredes, Gondifalus Monteiro de Carualho, Simon Vas de Pauia, viri sanguine clari, annis graues, indole ac mente præcellsi, & perquàm idonei ad negotia quæuis pertractanda: vtpotè qui Supremos Reipublicæ Magistratus administauerant, & aliquotiès Iaponiam adierant tractaturi de rebus grauissimis: sed inprimis conspicui, propter Christianæ Religionis professionem.

Electioni de se habitæ consensum dedere, inducti magis publica, quàm priuata vtilitate: et si præuiderant, capitibus mille oboriri pericula posse in ea expeditione: sed vera nobilitas hoc habuit semper, vt sanguinis sui prodiga esset, dummodò patriam eriperet ex calamitatibus aduersæ fortunæ.

Disposita profectio, & preparatis rebus necessarijs ad obeundam Legationem, id habuere potissimum; vt animum conuerterent ad spirituales opes, quæ iter prouerent in melius.

Comites verò, exemplo Legatorum, Sacra Altaris Myſteria cùm iam omnes ſuſcepiffent, ad littus properarunt. Conſtabat cohors eorum vniuerſa, præter Legatos, viris ſeptuaginta, Chriſtianis omnibus, ſed diuerſarum, hoc eſt, ſexdecim nationum. Diſce pietatis eorum argumentum: nullus exceptus in nauigio eſt, niſi poſtquàm exhibuit peractæ Exhomologæſis chirographum, quaſi hoc fuerit futuræ necis eorum pignus.

Nauis ſoluit Macao ſecundiffimis auris, etſi grauis erat affectibus & deſiderijs totius Ciuitatis: cùm dolerent vniuerſi, tantum decus Legatorum, eumque iuuentutis florem, qui erat in ipſorum comitatu, committi arbitrio gentis præferocis. Pacato, & ſereno mari ſerebatur nauis: ſed ciuitas tota effuſa in preces nouendiales erat, aderatque ſuper aram Templi expoſitus in Hierotheca Eucharifticus Agnus, à quo Legatis abeuntibus cuncti nauigationem benè auguratam precabantur. Inoffenſo curſu nauem Oceanus deferēbat, cùm intumuit repente ſecunda die menſis Iulij ad Inſulam Formoſam: ne quid eſſet diù iucundum in rebus humanis, quod tandem ſpatio temporis non vitiaretur. Mare infremuiſſe crediderim in hoſce Argonautas, non

vt eis quidem noceret, sed potiùs vt eos innocentes à gente barbara, & ab infido littore arceret. Fractis denique antennis, & naui penè latera, decima quinta die à profectioe, hoc est, die sexta Iulij, in octaua Principum Apostolorum, Nangafachū appulere, felici fanè augurio. Videatur Paulus obtulisse gladium, vt non nisi eo iugulum viris tam illustribus perfoderetur, & Petrus claues Olympi in promptu habere voluisse, vt aditum eis in Cælum ad Superos, ac Deum aperiret.

Ostia ingredientibus occurrit Insula Martyrum, quam iacta ferri anchora tenuere. Arbitror, sanguinem Martyrum ibi aliquando effusum appullos consalutasse, vtpotè futuros eorum consortes. Certè naualis cohors illa vicem rependit, quia flexis genibus è puppi omnes Martyrum opem implorauerunt.

Vix imposita viæ coronide, steterat in anchoris nauigium; cùm de littore remigio scaphæ ad nauem proras suas direxerunt, & quæ erant proximæ, vndè, & quæ natio, succlamarunt. Responso fuit; Nauem Lusitanam esse, venisseque Legatos Macao cum Imperatore acturos, de commercio sublato. Interpretes, postquam detraherunt nullam aliam mercem nauigio adue-

aduehi, Urbis Macai litteras ad Præfectum Nangafachi detulerunt. Longum temporis interuallum ij expectarunt. Cùm ecce naues validiores armis munitæ redierunt, in quibus vecti Magistratus de nauis milite, de armis, de mercibus magis accuratè inquisuerunt, & postmodù clauo nauis erepto, & abducto præsidio, nauem securam in littore reliquerunt.

Postridie, cùm iam aduesperasceret, eadem classis illuc remigrauit, vnà cum Bongijs, id est, Ministris, & Iurabasis, id est, interpretibus. Hi verò tormenta bellica deponunt è plaustris, easque impellunt ad littus. postridie reuertuntur; & tum Legatos, tum eorum socios (exceptis octo natione Indis) secum educunt, occludunt secreto Urbis loco, & cohorte armata custodiunt. Postea Præfectus Urbis nuntium ad Legatos misit, qui bono esse animo eos iuberet; Nam se aiebat concessurum ipsis liberali manu quæcumque vsui eorum esse possent. Ceterum admonitòs voluit, vt de Legatione scripto agerent, quò ipse ad Regiam negotium transmitteret, nec aliter rem ab se posse tractari. Legati eam Præfecti urbanitatem sibimet gratulantur, & grates referunt; affirmantes, se, gentemque suam nihilo indigere, sed affluere ijs, quæ forent


rent victui necessaria: quoad Legationem vero se imperata exequituros.

Vbi postera dies illuxit, Legati in modum supplicis libelli Legationis suæ momenta omnia exposuerunt. Videlicet ab Imperatore postularunt Vrbi commercium restitui; & vt persuasionem facerent, causas admodum consentaneas, & plurimas in eo exararunt, quemadmodum necessitas Urbis simul, atque Tyranni exigebant. Dum hæc agitabantur in aula, Legatorumque Socij excubitoribus armatis vndique stipati custodiebantur, tanta nimirum vigilantia, vt singuli recenserentur quotidie. Nuntio audito in aula, Tyrannus mira velocitate supremos misit Magistratus, quos Tonos vocant, Cangam Chuminimbu, & Nouayam Manximbeyoye, vt in Legatis, & in eorum comitibus, violato iure gentium, exempla statuerent crudelitatis. Hique secum adduxere ab aula carnifices pares numero Legatorum cohorti: æquum erat non nisi à regio hictore frangi, cædique adeo nobiles ceruices.

Illucescente die, quam Deipara Portiuncula quotannis illustriorem reddit, ad Senatum omnes, nullo excepto, aduocantur, rerum quidem incerti, nisi quod tergiuersationes, & truces

vultus mortis indicia faciebant. illi proinde intus disponebantur, ne, si fors felicissima obtigisset, imparatos eos occuparet. Limen primi vestibuli intrantes mille armatos obuios habuerunt: ab ijs itaque intercipiuntur illicò viri innocentissimi, diuidunturque in turmas tres, pro tribus domorum atrijs. Prior turma, Legatis Lusitanis, & Hispanis constans, ingressa est tribunal, vbi erat in sublimi folio Urbis Gubernator, vacuis Tonorum subsellijs. Ille Legatos sedere in imo gradu tabulati permisit, sed stare alios iussit. Postmodum strepitu excitato ascedere Toni, compositi ad maiestatem omnem. Tunc à Legatis quæsitum est, cur in Iapponiam appulissent, Imperatore id prohibente, proposita etiam capitis pœna? Illi contrà: legem Imperatoris repugnare mercibus dixerunt, non autem Legationibus: & Legatorum ius esse, vt possint in omnes oras nauigare, immò & penetrare in ipsos hostium suorum exercitus. Ita leges, ita naturam statuisse, & eam legem apud nationes omnes receptam esse. Nihilominus excepit Iurabasa, elataque voce sententiam Imperatoris perlegit, quam ex aula secum attulerat, & hoc illius exemplum.

SENTENTIA IMPERATORIS
aduersus Legatos, & eorum
Socios.


Quia multa & grauia sunt scelera,
 quæ patrarunt per annos plures, pro-
 mulgando Christianam Legem con-
 tra Imperatoris decretum; idem Do-
 minus anno superiore propositis grauissimis pe-
 nis prohibuit, nè in Iapponiam Macao nauigare-
 tur, decernens fore, vt si, non obstante hac lege,
 nauis aliqua in Iapponiam transmitteret, debe-
 ret flammis tradi, atque adeò nauæ vectoresque
 deberent trucidari. Quæ omnia singillatim, &
 per capita promulgauit. Et tamen hoc nunc
 nauigio miserè violarunt antedictum decretum,
 in quo grauiter deliquerunt. Præterea, quàmuis
 verbo affirmant, se post hac minimè Christianæ
 Legis Magistros missuros esse in Iapponiam; ta-
 men Ciuitatis litteræ de hoc haud meminerunt.
 Quapropter, cùm Imperator prohibuisset eiuf-
 modi nauigationem dumtaxat causa Christianæ
 Legis, & in epistolis huius rei mentionem ipsi
 non fecerint; compertum videtur, id omne me-
 rum

rum esse figmentum. Ideò cuncti, quos nauis eorum huc adduxit, debebant supplicio extremo puniri, ita ut mali nuntius non superesset. tamen decernitur, vt nauis aduratur flammis, & vt interneconi dentur præcipua legationis. capita cum eorum asseclis: quò ita Macai, & in Regnis patrijs de hoc exemplo vulgetur fama, & discant omnes ius Principum & Regum venerari. Volumus nihilominus, vt viliores è comitatu seruentur, ac remittantur Macaum: quòd si aliquo casu, vel vi aduersæ fortunæ nauem huc miserint; sciant, in quouis portu, ad quem appulerint, mactandos fore vniuersos. Datum tertia die sextæ Lunæ Anni decimi septimi Quanci: hoc est vigesima quinta die Iulij Anni millesimi sexcentissimi quadragesimi. Septem Gubernatores Tenzæ: Cammono Cami, Vouoino Cami, Sanukino Cami, Cangano Cami, Izuno Cami, Teuximano Cami.

Hoc iniquissimi Imperatoris mandatum nobilissima Christianorum acies summa alacritate animi, quasi allatum diuinitus accepit: præsertim ex quo animaduertit, in illo exprimi causam Fidei. Quod verò ad crimen attinet à Tyranno impositum Vrbi, quippe haud eam in litteris meminisse de non mittendis in Iapponiam Fidei

Magistris, tantum hoc abest à culpa, vt sit Vr-
bis potiùs eximia pietas, & res laude digna pro-
fus censeatur. Etenim promissio de hac re diui-
nam legem infringeret, violaretque: atque
adeò Fidem Catholicã sua minueret maiestate.
Solù Ciuitas per delectos viros cù Governatore
Manila egit hoc tempore, vt Religiosos à Mis-
sione Iapponica tantisper retardaret, donec ira-
cundia Tyranni aliquantulùm remitteret.

Lata ea tam atroci, ac prorsus tyrannica sen-
tentia, defixi admiratione mutua, steterè vtrin-
que omnes, qui aderant, mox rupere silentium.
Toni palmarum complosione: eoque indicio fa-
cto carnifices eruperunt, qui funibus sub veste
occultatis latitabant. Ij neclunt atrociter glorio-
sos viros, & gens vilissima proterit Legatorum
maiestatem: non vtique agnoscens substerni pe-
dibus suis obscenis eos, qui Seraphinorum alis
quantocyùs super astra erant volaturi. Catenis,
& contumelijs oneratos extrahunt è Curia, &
pro vestibulo vniuersos in ordinem digerunt.
Lictoribus dixisse ferunt, dum ligaretur, Ludo-
uicum Paës Paciecum, diuinas humanasque le-
ges dedecus illud damnare, atque abominari,
quod inferebatur Legatis: quorum vni que no-
men apud barbaras gentes etiam sanctum atque
illi-

illibatum semper fuit. Rodericum Sancium de Paredes addidisse aiunt, viros nobilitate ita inclytos non ea lege hospitij excipi solere, sequentes ipsosmet compellare, pro Christo ea tam indigna secum omnes pati. Eodem tempore funes iniiciuntur reliquis turmis, quæ in primo, & secundo atrio hæserant, & cuncti ad carcerem illicò perducuntur.

Post hac Iurubasæ seorsim Legatos, & nauis Magistrum introduxere ad Tonos: sed quid ibi egerint, in comperto non est, quia occasio deinceps non fuit id sciscitandi. Eodem tempore, qui in naui erant, acciti nuntio veniebant: nempe Scriba nauigij, nomine Ioannes Delgado, natione Canarinus: Chirurgus, nomine Dominicus De Quadros, gente Malabar: & Ioannes ortus Macai: ex quibus quæsiuerunt, num legationis essent participes, vel conducti stipendio illuc appulissent. Responderunt, legationis conscios haud se fuisse, & aduenisse dumtaxat mercede adductos, vt Legatis obsequerentur. Rursus interrogati fuere; an auderent regredi Macaum, atque ibi euulgare, Legatos peremptos esse tamquam Christianos, & tamquam violatores edicti Regij: an verò mallent eandem cum eis fortunam subire. Ad hæc forti animo responderunt,
infer

inferrent vtrum liberet, se enim aduersa & prospera peræquè laturus. Responſionem hanc Toni admirati sunt; cùm sibi vix persuadere possent, homines adeò vitæ contemptores esse. Demùm ipsos in Legatorum ordinem redegerunt.

Spatio temporis euoluto, Iurubasæ, adueniunt & Lusitanos alta voce interrogant: nùm inter ipsos, præter nauclerū, esset aliquis alius nauigandi peritus, qui Macaum se nauem reducere possè sponderet. Conticuere omnes, quàmuis multi peritia nautica insignes adessent, ne coronas iam iam imminentes vertici eorum casus aliquis detraheret. Instant Iurubasæ, interrogantq; iterùm; an quis metiri Solem, atque obseruare Astra sciret. Tunc Dominicus Francus, ad Emmanuelem Ferdinandum conuersus: Cur non respondes, inquit, cùm scias isthæc obire munia? Ad eas voces admoniti Iurubasæ, Emmanuelem ipsi percontantur; nùm hæc sciret. Tùm ille: Scio, inquit, nec plura dixit: ne videretur vir fortis pro Christo strictum iam gladium formidare. Abijt Iurubasæ, contentus ea notitia: & mox redijt referens scriptos in albo Scribam, Chirur-gum, atque Emmanuelem Ferdinandum, vincula ægrè commutantes cum libertate: & nouem
præ-

præterea nautas, partim Sinas, & partim Indos, forte eductos ex numero aliorum, ac gementes utique, se coronis sociorum spoliari.

Nox aderat: & quò magis ad metam felicitatum accedebant, eò etiam magis exultabant lætaturi. Noctis silentia preces & vota in Cœlum missa occupauerunt. Flagris carcer persona bat, quibus se spontè afflictarunt. Crimina præterita flere omnes audiebantur, & ante se inuicem pedibus prouoluti postulabant, ut impetrarent noxarum veniam. Quid mirabilius, quàm Indos rudes erigere Heros ad spem salutis? Quid speciosius, quàm homines gladio solum, & navigatione antehac exercitatos, Ecclesiastem agere, ac prædicatione alios ad mortem obeundam incendere? Inter omnes, Legatus Rodericus Sancius de Paredes, de æternitate dixit usque ad faucium lassitudinem. Omnes demùm ita Spiritus Domini repleuerat, agitabatq; ut Iuribus admonuerint temperandâ paululùm æstantem adeò lætitiâ illam: quò ita intempesta nocte possent quiescere, qui in propinqua custodia erant, & ad quos suspiria eorum pertingere videbantur.

Mane, cum serenior lux appeteret, quàm solet; in aurora diei tertiæ mensis Augusti, propter
hos

hos verè augustos heroes, qui ex suo sanguine
 purpuram induere mox debebant, crediderim
 Solem ipsum adproperasse, causa spectandi, vt re-
 spersus cruore ipsorum, populis, ad quos illumi-
 nandos progrediebatur, nūciaret eorum pugna.
 Bonguij, hoc est Ministri Regij, cum ingenti ar-
 morum sonitu ad carcerem conflunt: Impera-
 toris grauem sententiam de integro recitant: &
 primò quidem educunt eos tredecim, quos
 Tyrannus feruari voluerat, vt nuntiaret aliorum
 supplicia, prominentibus albis supra capita eo-
 rum vexillulis, vt eo discrimine notarentur.
 Mox extrahunt ex diuerso carcere ceteros, nem-
 pè vnum & sexaginta, omnes æternæ felicitati
 destinatos: & supra singulorum caput in argu-
 mentum victoriæ vexillum erat, mortis causam
 referens, Iapponicis characteribus. Disponuntur
 lunarem in formam; & benè dum adhuc in ter-
 ris erant planetarum imagines imitabantur ij,
 qui etsi corporibus exanimatis vacuum lunam
 mox exprimere debebant, in animis tamen
 plenilunium ostentabant. Ad refestionem
 inuitati, nauseant atque eam recusant, quia
 iam ad nectar & ambrosiam anhelabant. Vnus
 de cunctis Lusitanus iuuenis, Benedictus de
 Lima Cardoso, vt erat militari indole, da-
 pes

pes attigit: & secedens ab ordine aliorum, ridenti vultu adiit eos, qui Macaum erant profecturi: & rogata culparum suarum venia, ad socios exultabundus rediit.

Priusquam acies illa inuicta explicaret se incompita Urbis, ex carcere ad Cœlum itura; Iurubasa à Bonguijs iussi sunt Imperatoris nomine, vitam clara voce illi offerre, qui ex eorum numero caderet. Hoc autem vocabulo significant Fidei defectionem. Sed sibilis propemodum exceperunt viri fortes impudentem & sacrilegam eam vocem. Et iterum atque iterum succlamarunt omnes, pro Christo utique se morturos. Mox, sedato feruore illo animorum, Legatus Simon Vas de Pauia, quem vsque ad eum diem ægritudo vehemens occupauerat, exsiliit gestiēs ex inopinata eius diei lætitia: ac, Benè, inquit, benè è socij! omnismœstitia ex animis faceffat, verè enim pro Christo patimur. Neque amplius gaudia eum mentis deinceps deseruerunt. Ad hæc secundò Bonguij imperarunt, vt Iurubasa vnūquemque adirent, atque inuitarēt ad Fidem negandam. quod dùm illi exequuntur, tota cohors voce vnanimi exclamauit, crudelia, & infanda se pati mallè, quàm Fidem amittere. Interrogatus peculiariter Simon Vas de Pauia à Iurubasa,

respondit alacritate mira: Heus Barbare, tu mihi audes tam indigna suadere? En Dominus IESVS de Cælo obuijs vlnis inuitat me, allicitque ad delicias suas manfuras atque æternas. Miles Benedictus de Lyma Cardoso ludentis in morem respondit: Necessè est, corpus procumbat in morte, postquàm, laniato ferri acie iugulo, animus in astra immigrauerit. Aliter iuuenis Legati Gondifali Monteiro de Carualho, Sina, genere, nomine Franciscus, ætate annorum viginti, respondit constantissimè: Christianum hominem decere pro Christo, qui caput omnium est, mille offerre ceruices, si totidem haberet.

His adeò manifestis tum Orthodoxæ Fidei, tum Christianæ virtutis argumentis non satis contenti Imperatoris ministri adhuc grandiore vlulatu, quasi belluæ feroces, vitam eis sponderunt, si Christum eiusque Fidem desererent. Quæ importuna vox, tertio iam repetita, perculit adeò fortissimorum virorum animos; vt ferire, sydera clamor ipsorum audiretur, causa detestandi sponfionem adeò impiam. Et sanè prouocare superos potuissent, vt descenderent quodammodo in societatem pœnarum, si lictores eo momento gladium in ipsos exeruissent. Re-

percussæ montibus voces eorum nihil, nisi pro Fide mori, & mori pro Christo, dulcissimum enim uerò est, identidem resonabāt. Immò pueri ipsimet, quibus solent terribilia formidini esse; ad gladios iam districtos steterunt impauidi, quasi non immineret eis periculum, sed potiùs triumphus.

Erat septima diei hora, quando è carceris atrio pedem extulerunt Christiani illi, verè Gigantes gloria, atque omnes ad currendā viam exultantes. Cùm autem vndequaue circumfusa multitudo eos catenatos cingeret, comitareturque Gondifalus Monteiro de Carualho, voluens inuigilum oculos, neque vllatenus perturbatus, Fidem in hæc verba professus est. Vocor (ò vos mortales, qui adestis) Vocor Gondifalus Monteiro de Carualho: mihi patria oppidum Menianfrigidum in Lusitania: Pater Antonius Monteiro de Carualho, Mater Maria Pinta appellabantur, Vos omnes testor, & compello, me pro Christo, & pro Fide Romana, in Iaponiæ Regno hanc animam exhalare. Deinde, ad eos conuersus, qui profecturi Macaum erant: Eadem, inquit, & vos narrate, vbi Macaum appuleritis. Atque eadem verba fermè alij, Legati, dùm abirent, pronunciarunt.

Is porrò fuit ordo, quo felices illæ victimæ ad
 occisionem processerunt. Præibant ministri Re-
 gij, armorum satellitio horridi: præco vexillum
 humeris præferebat, in quo Tyranni sententia
 erat descripta. Mox ducebat pulcherrimum ag-
 men Ludouicus Paës Paciecus, & ponè conse-
 quebantur ceteri Legati, vnàque Lusitani, Hi-
 spani, & quotquot cum eis erant immolandi.
 Post eos gradiebantur tredecim, quibus pe-
 percerat Tyrannus, inuidentes meritò ijs, qui
 omnes oppetere mox debebant, & quorum erant
 futuri oculati testes, vt pugnas eorum referrent.
 Impudentia Tyranni eò processit, vt non turpia
 modò faceret, sed turpiter facta etiam euulgari
 non erubuerit. A tergo à lateribus circumfusi sa-
 tellites armati vallabant felicissimam illam aciè:
 & Legati quidem cum pallio, sed manibus ad
 terga reuinctis. procedebant: ceteri nudis pedi-
 bus, nudoque ibāt capite; omnium medius erat
 adolescens Benedictus de Lyra Cardoso, tùm
 fiducia animi, tùm iuuentute conspicuus, qui
 oculos pariter, atque animos spectatorum
 suorum propè vulnerabat: ferebatur nudus;
 vel quia incendium amoris onera vestium
 non patiebatur; vel quia imitator Christi
 Domini pro mercede laborum, in custodes vesti-
 men-

menta sua diuiferat. Alij prædicando longum illud iter transigebant. Eminebat verò super alios nauigij Magister Emmanuel Alvarez, qui plebis clamores, & armorum strepitus, prolata altiùs voce superabat: alij profunda meditatione silebant: sacros precatorios globulos alij ore & manu euoluebant. quidam vultu sublato contemplabantur sydera, quæ annuere tacitè videbantur, ac dicere singulis: Properate. Turbae feminarum è tabulatis, & ianuis domiciliorum, cùm aliter non possent, euntes gestu & lacrymis prosequiebantur.

Tandem nona diei hora ventum est ad Martyrum collem, cui hanc indidere gloriosam appellationem olim occisi ibidem Christiani Martyres. Tunc omnes, quasi emenso laborum cursu & apprehenso felicitatum suarum brauiio, prouoluti in genua, terram irrigatam tot illustrium Heroum sanguine, speciosaque cæde eorum illustratam certatim exosculari cœperunt. Mox ministri vniuersos disposuere in tres lunatos ordines. Quorum primus Legatos, Lusitanos, atque Hispanos continebat. Secundus complectebatur nautas, & alios ignobiles vernas diuersarum nationum: si tamen possunt ignobiles nuncupari, qui sunt sine scelere. Nam nobilitas

tas vera atque unica, virtus est: et si infimo loco nasci, res est, qua de decorat, sufficiat ad nobilitatem, summo eos loco mori. Tertio & postremo loco ducbatur, qui erant Macaum reuersuri, sed procul tamen à ceteris: nec oportuit misceri cum alijs eos, quos tam felix fors ab iisdem discriminabat. Circum omnia mortalibus plena erant, & propemodum Iapponia vniuersa, elata montibus suis interesse spectaculo videbatur.

Nullus ad nudatos iam gladios, & cervicibus imminentes expalluit: quinimmò ad virtutem, & constantiam futuræ spes singulos acuebat. Legatus Rodericus Sâcius de Paredes, an pro Christo mortem inferrent, ter reddi certior ab eis voluit, qui supplicio præerant; ac toties exhilaratus vultu pariter animoque dixit, se pro Christo emori libentissimè. Nauigij Magister Emanuel Alvarez cum ingens animi vis ei suppeteret ad moriendum, ex ordine suo digrediens animabat socios tanta verborum facundia, vt Theologus veriùs, quàm Nauarchus videretur. Idem ad eos conuersus, qui erant profecturi Macaum, precatus vt nauigarent feliciter, admonuit, edicerent in patria, ipsum pro Christo, incredibili lætitia perfusum, mortem excipere.

Hic ego piaculi reus essem, si Emmanuelis factum silentio præterirem. Puer, illius seruus gæte Balalla, in secundo ordine cum alijs Indis erat. Herus verò, de illius salute anxius, è loco suo manu adduxit, vt ante conspectum suum prior occumberet; veritus ne, se vtiq; sublato, aliquid minus Christianum puero contingeret. Atque ex voto successit: nam plexum capite puerum Dominus in Cælum præmisit.

Strinxere gladium carnifices, & signo edito vibrarunt aciem: eodemque temporis momento corpora obrutata huini procubuerunt, atque eorum animæ in Cælum aduolarunt. Ite felices, ite Heroes inclyti ac generosi: decerpite palmas immortales, & coronate vos rosis quæ nunquam marcescent. Legati estis non ad Iapponiæ Tyrannum; sed ad Imperatorem Cæli, vt terris commercia restituat. Vestri sanguinis eloquentia hoc negotium tam graue, tam pertinens, apud Cæli Senatûm conficiet.

Tam celebre spectaculum barbaras illas gentes perculit, & admiratione defixit: fatentibus Iurubasis, nullos illustriores viros pro Fide in Iapponia occubuisse. Atque hæc nimirum vera sunt, si æstimentur singula, quæ huic spectaculo interuenerunt: quippè Occidens pari-

ter atque Oriens videbantur conspirasse, vt hæc acies tam inclyta moreretur pro Christo. Ex Occidente Lusitanos, Hispanosque aspiceres offerre lictori capita. Ex Oriente, mistos, Indos, Papangos, Sinas, Bengalas, Cafres, Malayos, Timores, Solores, Balallas, Malabares, Accnos, Canarinos, Macassares, & Iauos. Neque retardauit quempiam ruditas indolis, metus seruilis, & in aliquibus penè præter Baptismum nulla diuinarum rerum cognitio. Auget etiam gloriam huius triumphii annorum numerus admodum exiguus: quippè Antonius puellus, Sina origine, & Legati Gondifali Monteiro seruus, vix octo annos habens, ceruicem impauidus lictori obtulit: atque adeò augetur gloria ex eo, etiam, quòd serui, & iuuenes, etsi assueti vitæ laxiori, tamen tamquam mitissimi agni voluerunt immolari.

Legatos vnus carnifex vno sustulit gladio. Primus Legatorum cecidit, eques Christi inuictissimus, Gondifalus Monteiro de Carualho: secundus, Simon Vas de Pauia: tertius, Rodericus Sancius de Paredes: quartus, & postremus Ludouicus Paës Paciecus: & is nõ vno, sed tertio ictu exanimatus est: vel quia corpore erat obeso, vel quod gladius inuitus eum cõsauciare videretur.

Hoc sacrificio peracto, tredecim, qui erant superstites, reducuntur ad carcerem: & occisorum corpora seruatur intacta, præter Iapponum consuetudinem. Solent enim in mortuos etiam gladio fœuire, vltra ius pœnæ, atque supplicium. Qui fuerant seruati, vix laxare animum eis tantisper licuerat, vinculis exsolutis, cùm euocantur à Tonis, & interrogantur, Num exempla suorum vidissent? Annuerunt illi. Sed mox Toni exceperunt: Vita vobis conceditur, non iuxta merita quidem; subituri enim eratis idem supplicium; sed vt Macao redditi, narrare possitis, Imperatorem Iaponiæ Legatos inde missos plecti iussisse. Deinde seueriore quadam maiestate eos liberos dimiserunt: sed ea lege, vt nauigij prius incendio interessent; quod statim arsit incineres. Ne verò carina eius æstu reciprocante ad littus impelleretur, vel vomeretur ab Oceano ipso; in profundum perfossa & rupto latere, mergi mandarunt.

Ab eo nauigij spectaculo se illi receperè incedes: & postridiè, hoc est quarta die mensis Augusti, reuocantur à Tonis: iubenturque Vrbi Macao significare; Imperatori Iaponiæ minime opus esse auro vel argento Lusitanorum, si quidem iussu eius, ipsi omnia pretiosa, quæ Le-

gati attulerant, ibi dedere flammis. Præterea
 quasiuere ab eis, num vellent abire nauibus Hol-
 landorum, quæ anchoras in portu Firandi iam
 sustulerant. Illi autem naui exigua seorsim ab
 Hollandis inde soluere maluerunt. Postremò
 sunt etiam percontati, cur instructi Legati ve-
 nissent omni bellico apparatu, nempè maiori-
 bus tormentis, ferreis fistulis, & hastis; cùm si-
 ne ijs onerariæ naues illuc appellere consueue-
 rint. Obnoxia piratis maria, inquit, & frequē-
 tata nauigijs Hollandorum audieramus: atque
 ea res consilium dederat, vt illuc armis muniti
 nauigaremus; quò utique possemus hostiũ vim,
 si qui fortè ingruerent, propulsare. & quia simul
 petiuere, quid in Oriente, atque adeò in Euro-
 pa etiam, si fortè illuc excurrerent, dicturi es-
 sent de illo supplicio apud exterarum nationes; re-
 sponderunt, se vera loquuturos: nempè, Impera-
 torem Iaponiæ Legatos Lusitanos trucidasse,
 eorumque nauis subiecisse ignem, quia Christiana-
 nam legem profitebantur, & quia eius manda-
 tum fuerant transgressi: se autem numero tre-
 decim dimissos à supplicio immunes, vt quæ fa-
 cta fuerant, denarrarent. Ceterum Reges &
 Populos terrarum omnes, id factum utique
 damnaturos; vtpotè contra ius gentium. Inde

ad montem supplicij feruntur, vt agnoscant capita occisorum; quæ reppererunt præfixa tabulis, & in tres diuisa ordines. Legatorum capita erant ab alijs discreta, nec pallere, aut tabo fluere videbantur: quinimmò roseus color, & offusus vultui decor, sortem eorum satis indicabat. Erant porrò iuxta ingentem malum constituta, ex cuius vertice sententia Tyranni præpendebat. Non procul inde domum notaerant, vbi corpora se pelierant, iniectis supra ingentium lapidum aceruis: scilicet vt, si aliquando Iappones de ijs tacerent, saxa ipsa loquerentur. Ex medijs iisdem lapidibus malus prominebat, & incisa ibi erat legatio, atque etiam causa mortis, posteris videlicet monumentum, & perenne trophæum gloriæ. Inscriptioni adiunxerat Tyrannus, stolidam prorsus barbarie; simili pœna fore multandos quotquot in eas oras deinceps ex Lusitania subgrederentur, siue Legati essent, siue nautæ, etiam si acti errore, vel tempestate: immò, & Regem quoque Lusitaniæ, & Xacam, & ipsum Deum Christianorum, si aduenissent, daturos easdem omninò pœnas. Tam est cœca & sacrilega mens eorum, qui verum Deum ignorant, quo sunt vbique omnia plena, & in quo viuimus, mouemur, & sumus.

E felicissimo illo Montis iugo, inter suspiria mille, & desideria sociorum, quos ibi deferebant, excessere demum ad littus, ut opportunitatem pro reditu nauem eligerent. Tunc verò Iurubasæ adhuc perculsi rei nouitate, quæ illo temporis vestigio euenerat, memorarunt; prius quàm Legati immolarentur, prima die mensis Augusti, seu decima tertia suæ Lunæ, custodias intempesta nocte supra nauigium, quò illuc Legati appulerant, spectasse igneum globum in aëre libratum; & cum accurrerent, ut propius prodigium illud intuerentur, solutum eum globum statim esse in radios nitidissimos: eo autem portento euulgato, miros in Vrbe sermones spargi cœpisse; secunda verò die Augusti, qua cunctis iniectæ catenæ fuerant; Solem specie cruenta fœdaque in Cœlo apparuisse, Cœlites dixeris descendisse ad consortium peccatarum, & Solem condolere voluisse supplicio Legatorum; aut Iapponiæ potius enunciare, gladium Domini iam ferè vibratum supra ceruices Ethnicorum.

Tandem ij Kalendis Septembris è Nangasachi portu emigrarunt, & per eum tractum Oceani, quem antea superauerant, quàmuis lacero & penè inermi nauigio abiuerunt.

Vfurpare potuissent carmen illud:

Heu fuge crudeles terras, fuge litus iniquum.

Nam iniquitas est, vbi Diuina Fides desideratur.

Ter Oceanus lapponicus gurgite tumescen-
te aduersus eos viatores miseros insurrexit: vt, in-
dolem Tyranni referens, castigaret naufragio il-
los, quibus pepercerat gladius. Septies clauum
amiserunt: & tandem exactis in nauigatione
diebus viginti, opeatum portum incolumes te-
nuerunt. Inuenere Urbem sollicitam de exitu
legationis: quæ Vrbs, vbi de Legatorû forte tam
beata ex ipsis cognouit, mœrore omni depulso,
spretaue commercij iactura, festiuos induit cul-
tus, effusaque in lætitiã procurrit ad litus.
Non facîle sit referre, quæ fuerint omnium gau-
dia, acclamationes, & plausus. Flores certatim
in eos reduces iactabant: nec semel, sed iterum,
& sæpius, audire ab ipsis tam læta nuncia deside-
rabant. Tibiarum & fidium cantu modulatif-
simo omnia circumsonabant: indicti honores
templis fuerunt, fusæque ad Deum preces, & gra-
tes immortales Numini redditæ: viginti die-
rum lumina nocturnis horis tota Vrbe arserunt,
plaususque & choreæ frequentabantur, quasi
de Iapponia triumphus celebraretur. Tanta ni-
mirum fuit Vrbs Macai pietas, & religio; vt

fortunis proprijs, & commodo priuato honorem Dei anteferre maluerit. Id autem pietatis fœnore duplicato Deus compensauit: quia è profuso Ciuium eius sanguine immortale decus, fama, iugis & perennis, atque omnis opulencia in eam Urbem emanauit.

N V M E R V S

Totius feliciffimæ cohortis.

1. **L**udouicus Paës Paciecus, Lusitanus, Legatus, Cocini natus in Oriente, viduus Macai, sexaginta habens annos.

2. Rodericus Sancius de Paredes, Lusitanus, Legatus, Tomarij natus in Lusitania, Macai coniugatus, quinquaginta quinque habens annos.

3. Simon Vas de Pauia, Lusitanus, Legatus, Vlyssipone natus, Macai coniugatus, quinquaginta tres habens annos.

4. Gondifalus Monteiro de Carualho, Lusitanus, Legatus, Menianfrigidi in Lusitania natus, Macai viduus, quinquaginta annos habens.

**Lusitani Milites, &
Nautæ.**

- 5 **D**ominicus Francus, Lusitanus, Vlyssipone natus, coniugatus Macai, nauigij dux, quinquaginta annos habens.
- 6 Franciscus Dias Boto, Lusitanus, natus Vlyssipone, nauclerus, coniugatus Goæ, quinquaginta quinque annos habens.
- 7 Emmanuel Alvarez Francus, Lusitanus, natus Vlyssipone, Macai coniugatus, nauis Magister, triginta tres annos habens.
- 8 Didacus Diaz Milhao, Lusitanus, natus Barcelis Diœcesis Bracharêsis, nauis Comestabilis, cõiugatus Macai, quadraginta annos habens.
- 9 Didacus Fernandes, Lusitanus, natus Bêpostæ, Diœcesis Conimbricensis, Macai coniugatus, miles, vigintiocto annos habens.
- 10 Benedictus de Lyra Cardoso, Lusitanus, miles, natus in Portuensi Vrbe, nouemdecim annos habens.
- 11 Ludouicus Barretus Fialho, Lusitanus, miles, natus Ormuzij, in sinu Persico, Macai coniugatus, viginti quinque annos habens.

- 12 Emmanuel de Nogeira, Lusitanus, miles, natus Vlyssipone, Macai coniugatus, viginti quinque annos habans.
- 13 Didacus de Sanctis, Lusitanus, miles, natus in Promontorio Lunæ Cascaës Diœcesis Vlyssiponenſis innuptus, triginta quinque annos habens.
- 14 Ioannes Paciecus, Lusitanus, nauta, Vlyssipone natus, coniugatus Macai, triginta annos habens.
- 15 Gaspar Martinus, Lusitanus, nauta, natus Vianæ à Caminha in Lusitania, Diœcesis Bracharenſis, viduus, triginta quinque annos habens.
- 16 Damianus Franciscus, Lusitanus, nauta, natus in Oppido Sancta Ouaya in Lusitania, Diœcesis Bracharēſis, cōiugatus Macai, quinquaginta annos habens.

Hispani Nautę, & Milites -

- 17 **A**lphonſus Gallegos, Hispanus, miles, Raze natus in Bætica, Diœcesis Hispalenſis, viduus Macai, quadraginta tres annos habēs.

- 18 Ioannes Henriquez Carrianus, mistus ex patre Hispano, & matre Inda, natus in Insulis Philippinis, miles, Macai coniugatus, triginta tres annos habens.
- 19 Petrus Perez, natus Oppido Cantada in Gallæcia, nauta, quadraginta tres annos habens.
- 20 Didacus de Mendoza, mistus ex patre Lusitano, & matre Inda, Ciaulis natus in Oriente, miles, Macai coniugatus, triginta annos habens.

**Sinenses Macai nati, quos
vocant Iurubasas.**

- 21 **P**etrus Vas Sina, Macai natus, nauta, Nagapatam in Oppido coniugatus, quinquaginta septem annos habens.
- 22 Michael Araujo Sina, coniugatus Macai, viginti septem annos habens.
- 23 Dominicus de Acunha Sina, nauta, coniugatus Manilæ, triginta annos habens.
- 24 Dominicus Ferdinandus, Sina, coniugatus Manilæ, quinquaginta annos habens.

Sinenſes in Sinarum Regno nati.

- 25 **F**ranciscus Leitanus, Sina, cōiugatus Macai, nauta, triginta annos habens.
- 26 Sebastianus à Rocha, Sina, coniugatus Macai, nauta, triginta annos habens.
- 27 Antonius Carneiro, Sina, coniugatus Macai, nauta, triginta annos habens.
- 28 Iosephus Tauares, Sina, coniugatus Macai, nauta, triginta quinque annos habens.
- 29 Antonius de Moraës, Sina, coniugatus Macai, nauta, viginti octo annos habens.
- 30 Maurus Marim, Sina, nauta, triginta annos habens.

N A V I S

Ministri in Sinarum Regno nati.

- 31 **I**osephus. Sina, seruus, viginti habens annos.
- 32 Franciscus Sina, seruus, viginti tres habens.

bens annos.

33 Antonius Sina, seruus, octo habens annos.

34 Nicolaus Sina, seruus, vndecim habens annos.

35 Dominicus Sina, seruus, viginti septem habens annos.

36 Emmanuel Sina, liber, viginti quinque habens annos.

37 Lazarus Sina, seruus, septemdecim habens annos.

N A T I O N E

Bengallę.

38 **P** Aschalis, Bengalla, seruus, triginta sex habens annos.

39 Ioannes, Bengalla, seruus, quinquaginta habens annos.

40 Matthæus, Bengalla, liber, viginti tres habens annos.

41 Emmanuel, Bengalla, seruus, triginta habens annos.

42 Gondifalus, Bengalla, seruus, triginta tres annos habens.

43 Dominicus, Bengalla, seruus, triginta
annos habens.

Nautę Gente Canarini,

& Aceni

44 **A**ugustinus Corea, Canarinus, nauta, ex
insula Bardès, Macai, coniugatus, qua-
draginta habens annos.

45 Gaspar Monteiro, Acenus, nauta, trigin-
ta annos habens.

N A T I O N E

Balallę.

46 **S**ebastianus, Balalla, libertus, viginti tres
habeus annos.

47 Nicolaus, Balalla, seruus, quinquaginta
habens annos.

48 Antonius, Balalla, seruus, viginti habens
annos.

M A L A B A R E S.

- 49 **A**Ntonius, Malabar, seruus, viginti ha-
bens annos.
50 Gondifalus, Malabar, seruus, viginti ha-
bens annos.
51 Thomas, Malabar, viginti quinque habens
annos.
52 Ioannes, Malabar, seruus, viginti septem
habens annos.
53 Hieronymus, Malabar, seruus, quinquaginta octo habens annos.

C A F R E S
ex Domo Legatorum.

- 54 **A**Ntonius, Cafer, seruus, viginti quinque habens annos.
55 Aluarus, Cafer, seruus, quadraginta habens annos.
56 Franciscus, Cafer, liber, quinquaginta habens annos.

Ex varijs Nationibus.

- 57 **D**ominicus, Malayus, seruus, Macai coniugatus, viginti septem habens annos.
- 58 Antonius, Zamba, liber, ex insula Solor, Macai coniugatus, triginta habens annos.
- 59 Ioannes, Papangus, liber, ex insulis Philippinis, triginta habens annos.
- 60 Albertus, natione Timor, seruus, septemdecim habens annos.
- 61 Emmanuel, Iauus, seruus, ex insula Iaua, trigintaquinque habens annos.

Nationes, & Numerus illorum,
qui pro Christo occisi sunt.

L Vfitani cum Legatis pro Christo occisi sunt.	16
Hispani	2
Misti	2
Sinx, in Sinarum Regno nati	4
Sinx,	

Sinæ, Macai nati. 4

Canarinus. 1

Acenus. 1

Balalla. 3

Malabares. 5

Cafres. 3

Malayus. 1

Solor. 1

Papanguus. 1

Timor. 1

Iauus. 1

Bengalla. 6

Nationes. 16

Mortui pro Christo. 62



L V S D E O

Pro

Protestatio Auctoris.

Lector aduerte in Elogijs Virorum Illustrium quos hoc libro complexus sum nonnulla me obiter attingere, quæ sanctitatem ipsis videantur adscribere: perstringo nonnunquam aliqua ab ijs gesta, quæ cum vires humanas superent, miracula videri possunt: præfagia futurorum, Arcanorum, manifestationes, reuelationes, illustrationes, & si quæ sunt alia huiusmodi: beneficia item in miseros mortales eorum intercessione diuinitis; demum nonnullis sanctimoniz, vel Martyrij videor appellatione tribuere. Verùm hæc omnia ita meis lectoribus propono, vt nolim ab illis accipi tanquàm ab Apostolica Sede examinata, atque approbata, sed tanquàm, quæ à sola suorum Auctorum fide pondus obtineant. atque adeò non aliter, quàm humanam historiam. Proinde Apostolicum S. Congregationis S. R. & Vniuersalis Inquisitionis Decretum Anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum integrè, atque inuiolare, iuxta declarationem eiusdem Decreti à Sanctiss. D. N. D. Urbano Papa VIII. anno 1631. factam seruari à me omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes vlli arrogare, vel famam, & opinionem, sanctitatis, aut martyrij inducere, seu augere. nec quicquã eius existimationi adiungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando vllius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem, sed omnia in eo statu à me relinqui, quem seclusa hac mea lucubratione obtinerent, non obstante quocunque longissimi temporis cursu. Hoc tam sanctè profiteor, quàm decet eum, qui Sanctæ Sedis Apostolicæ obedientissimus haberi filius cupit, & ab ea in omni sua inscriptione, & actione dirigi.

Antonius Franciscus Gardim.

L A V S D E O.



